

N^o A

11-295

Agar. nativ-

~~26.0.17~~
~~13~~

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. J. C. 16 N. 8.
295

~~17-16-17~~



Nº

12-1295

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12

~~26.0.13~~

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. J. C. 16 N. 8.
295

~~7a 6-17~~





(3)

PETRI
VICTO-
RII

Explicationes suarum in Catonem, Varro-
nem, Columellam Castiga-
tionum.

*

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1542.

35022811

P E T R I

V I C T O R I

III

Repositio in ...
...
...

COMITIBUS ...



...

ALVD ...
...

PETRI VI

CTORII EXPLI

CATIONES SVARVM

in Catonem, Varronem, Co-

lumellam castiga-

tionum.

*



VIA hunc laborem non inge-
nij, aut doctrinae ostentandae causa,
sed optimum auctorem, eiusq; stu-
diosos adiuuandi suscepi: cupio in
primis fidem meam probari. Nam
si mediocris diligētiae laudem asse-
qui potuero, nō frustra mihi in tam
molesto negotio uersatus uidebor. Quibus igitur auxilijs
usus sim, & quomodo me in hac re gesserim, explanabo.
Auxilia autem Vetusti libri fuerunt, sine quibus ne dum
hoc opus aggressurus fuerim, uix hos rerum rusticarum
scriptores, ut accuratius legerem, in manus unquam ce-
pisssem: omneis enim omnium conatus sine illorum ope aut
irritos esse, aut parum progredi posse puto. Vetustissi-
mum uolumen est in diui Marci bibliotheca, in quo M. Ca-
tonis unus liber est, quem de Re rustica scripsit: ac tres
M. Terentij Varronis, Rerum item rusticarum. Is unus
liber, ut uerum fatear, & ut ueris laudibus ipsum ornem,
maiores mihi utilitates praebuit, quā uniuersi alij: supe-
rat enim reliquos, quos habui, longo interuallo, & uetu-
state, & fidelitate. Nec tamen cuncti, qui in eo contine-
bantur auctores, ad nos peruenerunt; nam duo toti uetu-

state collapsi sunt, & M. Varronis extrema etiam pars defecit. Quemadmodum autem ex uetere inscriptione, quæ in fronte libri est, cognoscimus, Iuni Moderati Columellæ xii. libri illic etiam erant, & unus ante illos Claudii Martialis: literæ tamen & antiquitate, & frequenti attritu in prima parte libri ita deletæ sunt, ut rubricam superinducere opus fuerit (rubrica enim notatæ huiuscemodi inscriptiones in eo sunt) quare macula aliqua in his nominibus esse potest. Martialis tamen aperte legitur. Martialem autem ueterem fuisse rei rusticæ scriptorem, testimonio etiã Palladij didicimus. Seruius quoq; Vergilij interpretres cum locū illum è iiii. Georgicorū declararet, atq; alijs post commemoranda relinquo.

inquit: Gargilium Martialem significat. Sit ne idē Palladij, & Seruij, Martialis, studiosè quærere nunc minimè oportet. Hoc autē relinquere nolui, quin notum facerem, ut uetustas huius libri intelligeretur, qui illis temporibus scriptus fuit, quibus alijs adhuc scriptores reperiebantur, qui postea negligētia hominum, aut seculorum iniquitate perierunt. Ille autem si totus, integerq; conseruatus esset, & Iunium Columellam fortasse emendatiorem, & alium, quocaremus, non negligendum scriptorē haberemus. Habui etiam eosdem autores in alio uolumine, non adeo uetusto, neq; adeo fideli, quod literis Gallicis scriptum uidebatur. Id autem è Medicæa bibliotheca prompsi, & non paucos item alios, qui illic custodiuntur, quos nunc necesse nō est omnes nominare. De uno tantum, qui diligenter exaratus fuit, & è bono exemplari exscriptus Patauij, non tacebo. Francisci autem Barbari, patricij Veneti, quondam fuit: & eius studio in ea urbe, in qua doctrinarum domicilium est, diligenter descriptus fuisse illic traditur. Hi sunt præcipue

cipuè codices, quorum auctoritate usus sum: nam alij, aut de optimo illo descripti, aut ita mendosè, & negligentè scripti sunt, ut eorum testimoniū paruum pondus merito habiturum fuerit. Quomodo susceptū negotium administrarim, ex singulis nunc explicationibus meis apparebit.

IN M. CATO.
N E M.



N legibus posuerunt. Testimonio Grammaticorum cognouimus, uetustissimos autores Posiui, sæpe protulisse: quare cū hic, & non multo post iterum sic in manu scriptis codicibus scriptum inuenerim, Catoni suum sermonem reddendum censi: nam sic etiā locutum fuisse Catullum in hymno Dianæ manifestum est, fortasse etiam eiusdem ætatis Poëta in Iambo, quo Catulli Phaselum imitatus est, idem tēpus eadem ratione protulit: ita enim arbitror uersiculum illum legi oportere,

Tua in palude deposuisse sarcinas.
ut Deposuisse, pro Deposuisse, imminuto uerbo dixerit. Quamquam alia ratione Deposuisse illic sine uitio dictum esse, defendi potest, ut *συνιστος* in media uoce fiat.

Bonumq; aquarium. Hic ueterē scripturam restituumus, quam nonnullæ etiā coniecturæ adiuuant. Ne autem cuncta quæ uariauimus, quamuis minuta, aut aperta explicare cogamur, semel quam rationem in hoc negotio secuti simus, exponere placuit. Sciant igitur omnes, quæcunq; immutata inuenerint, ad fidem priscorum codicum reducta esse, nec temerè nos ab ipsis discessisse: quod

si unquam coniecturis ducti nobis aliquid permisimus, sus-
picionis nostræ causam reddemus, & in quo parua e-
tiam licentia usi simus, ostendemus.

3 Sterquilinium fieri. In antiquissimo codice, Cato-
nis, ac Varronis semper Stercilinum scriptum est: quam
scripturam quamuis non receperim, tamen semel notam
facere uolui.

3 Expinli far. Peruulgata lectio ualde à priscis exem-
plaribus dissentiebat: hoc autē factum puto, quia in anti-
qua scriptura paruū mendum inoleuerat, quod cum ali-
quos turbasset, ita restitui posse locum censuerunt: ipse eo
sublato, ueterem in suam sedem reposui, macula autem in
uno uerbo erat, nam reliqua cum fide in nostrum librum
translata sunt: Expinli lar. Vnius igitur tantum literæ
castigatione pro Lar, Far lego. Varronis locus de uita
populi Rom. qui à Nonio adducitur, rem confirmat. Nec
Pistoris nomen erat, nisi eius, qui ruri far pinsebat.

3 Armenta delicula, oues deliculas. In manu scri-
ptis cunctis, quos uidi, ita legi. Formis excusi antea Reicu-
la, & Reiculas. Veterem lectionem non possum, nisi au-
thoritate uetustorum librorum cōfirmare. M. Varro de re
pecuaria Reiculas oues appellat: item, in Cato. uel de libe-
ris educandis, ut ex commentarijs Nonij cognoscimus, hæc
enim eius uerba: Et ut in grege opilio oues minus idoneas
remouere solet, quas reiculas appellat, &c. Nec tamē ue-
terem scripturā damnādam censeo: multa enim apud hunc
uetustissimū scriptorē leguntur, que usus postea aboleuit.

4 Ne uilla fundum quærat, ne ue fundus uillam.
In priscis exemplaribus posterius membrum non est, quod
culpa librarij commissum credo: nam Columella, & Pli-
nius, qui hoc præceptum Catonis referunt, nō simplex re-
ferunt

ferunt: nisi quis putet, Catonem breuitate gaudentem, altero membro contentum fuisse: reliquos autem auctores illud magis explicasse.

Villam urbanam. Ita scriptum repperi in optimo exemplari, quemadmodum non multo post, Fundum urbanum: cum formis excusi libri præpositionem huic uerbo addidissent. Animaduerti etiam à M. Varrone de agricultura ita hoc nomen usurpatum fuisse in illo loco, Nunc contra uillam urbanam, quam maximam: si fides habenda est iisdem optimis, ac uetustissimis libris.

In sapa, in musto, in lora. Hanc lectionem à manu scriptis libris accepi, nam excusi In lora, non habebant: eandem Plinius confirmat, qui libro xiiii. cap. iiii. hæc cum magno honore Catonis præcepta referens, inquit, In lora rectè conduntur.

Quas suspendas duracinas, &c. In magnis sæpe angustijs uersantur, qui in hoc munere corrigendorum librorum occupati sunt: ego sanè diu incertus fui, quid nam hic consilij caperem, receptam ne lectionem seruarem, an ueterem reponerem, quæ ualde diuersa est. Nulla demum mutatione facta, statui totam rem, quomodo se haberet, in hoc meo libello indicare. M. Varro de agricultura, quo loco differuit de uuis condendis, receptam lectionem adiuuare uidetur: nam Catonem se sequi ostendens, inquit: Quas suspendas opportunissimas esse duracinas, & aminneas, & scantianas. Contra Plinius libro xiiii. cap. iiii. ueterem: qui etiam ipse, quæ de uitibus, uuisq; prodiderit Cato referens, inquit: Quas suspendas duracinas, aminneas maiores, uel ad fabrum ferrariū pro passis, &c. Ita enim legitur in optimo exemplari: nam uerba, quæ in excusis adduntur, neque in illo, neq; in alijs manu scriptis

leguntur. Vt tamen, quò mihi animus inclinât, aperiâm: arbitror, quam apud Plinium legimus, ueram esse Catonis lectionem, in hanc sententiã maximè auctoritate ueterum librorum ductus: communem autem hanc, & peruulgatam, suspicor à Varrone acceptam esse, qui Catonis magis sententiam, quam uerba exposuerit. Nam illud etiã animaduertendum est, duo illa uerba *In lora*, quæ paulo supra reposuimus, è manu scriptis libris eruta, à Varrone relinqui, ut facilius etiam hac cõiectura existimem, totum locum ad scripturam Varronis conformatum fuisse.

§ *Vti stabilia mala fiant.* Hic mendum esse suspicor, nam ueteres libri ab excusis dissentiunt: optimus ille, & antiquissimus deprauatus est, sic enim in illo est, *Vti fabulum malorum.* habet alter non tam bonus, neq; tam antiquus, *Pabulum malorum*, reliqui recetiores cum uetustissimo faciunt. Quamuis sepe, multumq; quæsierim nihil potui excogitare, quod magnopere placeret, quare uolo, in hoc etiam aliorum ingenia exerceri.

§ *Eæ optimè conduntur uel uirides in muria.* Si quis M. Varronem attendat, existimabit hunc locũ mancum esse, defecisseq; uerbum aridæ: ille enim in agricultura, cum de oliuitate differeret, inquit, oleas esui optimè condiscibit Cato orchites, & pauseas aridas, uel uirides, in muria uel lentisco contusas. Plinius lib. x v. cap. v i. receptam nunc lectionem sequitur: quam cum in cunctis manu scriptis inuenerim, retinendam censui.

§ *Dies V.* Ita legitur in ueteribus libris, cum in excusis antea minor summa dierũ esset: sed etiam M. Varro hunc numerum sequitur, dum præceptum hoc Catonis recitat.

§ *Locis aquosis, humectis.* Hæc est prisca lectio: nam in excusis pro *Humectis*, *Vietis*. Duæ res, ut suspi-

cor, castigatorem aliquem, aut librarium sefellerunt. Nam Vmectis, sine aspiratione in antiquis libris scriptum hic est, quemadmodum nonnullis alijs in locis, ita autem serè scriptum V morem, & Vmidum, in priscis exemplaribus inueniri docti, & diligentes uiri admonuerunt: quod ipse quoq; in optimo, ac uetustissimo diligenter seruatam, animaduerti. Altera est, quòd priore uoce, quod ad humorem pertineret significari putarunt, discrepare tamen aquosum, & humectum manifestum est, nec posterior uox otiosa meo iudicio haberi debet, reliqua quæ à cæteris excusis in nostro uariant, ab ijsdem ueteribus libris accepta sunt.

Si aquam non habebis, sicca quàm plurima facito. Vetus hæc est lectio, quam uehementer probo. Sicca prata opponuntur irriguis, quod etiam ex superiore capite intelligi potest: manifestius tamen ex illo, cum legem pabuli locandi exponeret: Ex Kal. Septembrib. prato sicco decedat. Id, ut suspicor, cum aliquis non animaduertisset, omnia perturbauit.

Asinos ornatos. Hæc uera est, & eadem antiqua lectio. Eodem intellectu Cicero pro lege Manilia Ornare classem, inquit. Græci ὑπερπλοῖα. Veteres etiam Iurisperiti sic locuti sunt. Vlpianus de ædificio edicto. L. Aediles aiunt. Hoc apertè ostendit: nam iumenta ornata, & ornamenta iumentorum sepe appellat.

Infidibula 11. Ita in manu scriptis libris uno consensu scriptum inueni quemadmodum sequenti capite iterum, ac tertio, ubi exponit, in cella olearia quæ opus sunt: quare eorum fidem, & auctoritatem secutus, ita in meo scribi uolui. Nec tamen me latet, alios Infundibulum hoc, siue instrumentum, siue uas appellasse: & à fundendo et ymon

habere tradidisse.

- 9 Ferreas VIII. In manu scriptis, quod erat in excu-
sis hîc Furcas, non legitur: ut apud Varronem etiam,
qui totû hunc locum Catonis recitat, quare id deleuimus.
- 10 Telam iogalem unam. Sic in cunctis manu scriptis,
cû in excusis Tedam: quemadmodum in capite de
uilla edificanda, nam ijdem Telas iogales, habent. In re
încerta fidem uetustorum codicum sequi uolui: neq; enim
de facibus nuptialibus agere hic Catonem credo.
- 10 Alinarium I. Salictarium I. Vetus hæc est lectio,
quam summa etiam hominum, quæ est in antiquis, confir-
mat. M. Varro, quo loco de familia agit, peruulgatam nunc
lectionem sequitur, neq; de Salictario loquitur: nos tamen
consensum ueterum codicum non damnauimus.
- 11 Ahenum coculum. Multa hic ad fidem ueterum
codicum reduximus, nam hoc etiam uerbum inde sumptum
est, quod uerum esse testimonio Sex. Pompeij confirmatur,
qui tradit, Cocula uasa ænea esse, coctionibus apta.
- 11 Labrum eluacrum I. Sic in cunctis manu scriptis,
ut supra etiam, ubi id uerbum restituiimus: quod quorun-
dam culpa (ut opinor) sublatum fuerat, qui cuncta, quæ
non intelligunt, delent. Quòd si cogitassent, se Catonem
manu tenere uetustissimum scriptorem, & qui multis pas-
sim uerbis usus sit, quæ non multo post abolita sint, hoc
nunquam commisissent. Nos nacti optimos, ac fidelissimos
codices, sermonem suû priscum prisco uiro reddemus: atq;
hoc fidentius faciemus, cû easdem uoces in duobus aut
tribus locis reperiemus: neq; enim tunc existimandum est,
id lapsu, aut imperitia librarij commissum.
- 11 Faculas rustarias X. Hanc lectionem è manu scri-
ptis libris eruimus, quam apud Varronem etiam inueni-

mus, qui hunc locum exprimens, inquit: Arborariae tres, & rustariae x. quamuis excusi etiam Varronis codices Rusticariae, haberent. Veteres tamē omnes Rustariae. Nam M. Varro uidetur haec uerba legisse apud Catonem supra, ubi antè in excusis Rusticarias x. legebatur. In antiquis tamen libris, ubi nos illa reposuimus, ea leguntur.

Corbulae amerinas. In ueteribus libris Catonis Cor- 11
bulae: in Varronis autem, qui hanc partem recitat, Cor-
bubulae. Peccatum hoc fuisse librarij existimaui, atque
ideo receptam lectionem retinui: nam à Corbe Corbulam
ὑπορρηξῆς fieri, indicio etiā ueterum grammaticorum,
ac testimonio M. Varronis planum est: cuius locum è pri-
mo libro de re rustica adducunt, qui quemadmodum illi
legunt, in antiquissimo etiam codice scriptus est. Cato
item ubi refert, quae ad uindemiam opus sunt, inquit, Cor-
bulae sarciantur: qui locus in antiquis, ut in formis excu-
sis, scriptus est.

Asseres, fulmentas. Antiqua haec lectio: quae etiam 12
adiuuatur à Nonio, qui ostendit Lucilium, ac Plautū mu-
liebri genere Fulmentas saepe dixisse.

Haec rei materiem &c. Hic locus ualde à peruerso 13
aliquo correctore deprauatus fuerat: quam nos reposui-
mus scripturam, in optimo exemplari fideliter conserua-
tam inuenimus: hoc tantum labis erat, quod ex duabus pri-
mis uocibus importunè una facta erat: quae macula, ut
ualdè potuit imperitos homines turbare, ita ab eo, qui
ab antiquis grammaticis accepisset, uetustissimos scripto-
res sic locutos esse, ut Eae, pro ei: Solae, pro soli: Vnae,
pro Vni, dicerent, facile discuti potuit. Differit de hac ue-
terum consuetudine in v. i. libro accuratè Priscianus, duo-
bus etiam locis, exēplaq; plurima affert è libris Catonis,
& alio

et aliorum etiam priscorum auctorum. Peruulgata letitio multis modis improbari potuit: neque enim Herus, eo sensu aptè diceretur, sed antiquæ elegantia penitus illum refellit. Non nulla etiam infra restituta sunt, quæ confirmatione non egent. Neque enim nos hæc scribimus, ut operam, ac industriam nostram uenditemus: sed ut studium nostrum probemus, et luculentissimos auctores adiuuemus.

- 13 Conliciares quæ erunt. Antiquam lectionem restituimus: nam in excusis antea Deliciares: eam Sex. Pompeius confirmat, qui in 1 x. libro inquit: Collicie tegule, per quas aqua in uas defluere potest.
- 13 Manupretium erit. In excusis antea, Inani pretium mendose. Manupretium castigauimus. In optimo tamen exemplari Manupretium, quemadmodum fere in antiquis codicibus. Nam apud Plinium in uetusto codice sic locus ille legitur, Solitum enim ex manupretio cuiusque signi denarios seponere aureos singulos. Est autem in xxxiiii. libro cap. vii. Eodem capite pro, Immani pretio, quod est in excusis, Manupretij, in eodem illo antiquo legitur. In xxxv. cap. x. Eodem pacto pro Immanitate pretij, Manupretij, Artis uerò tantum, ut multum manupretij antecederet celeberrimos eadem ætate imaginum pictores. Apud Vitruuium etiam libro 1 x. Eodem pacto peccatum fuit: ubi enim in excusis Immani pretio locauit faciendam: in manu scripto, quem per antiquum uidi, Manupretio, legitur. Huius animaduersionis ignoratio quot locos scædauerit, hinc facile intelligi potest. Vim, et etymon huius uocis M. Varro in v. libro de lingua Latina expressit. Verbum etiam hoc apud Ciceronem in oratione, quam habuit contra L. Pisonem,

nem, & in accusationis libro 111. integrum conseruatum est.

P. uict. enim x. Compendiarijs his notis uictoriatos 13
numos significari puto. Hoc iterum in libro, ubi de lege
oleæ faciundæ agit, Vasarium uict. 11. De his numis me-
minit Cicero pro M. Fonteio, & Quintilianus libro v 1.
dicente quodam, Victoriato se uno in Sicilia v. p. Mure-
nam longam emisse & c.

Quadrarijs uasis uti contractiora sient. Corru- 14
ptus est etiam hac parte uetustissimus codex: notam igitur
antiquam scripturam faciemus, ut unusquisque in eo
purgando laborare possit, Quadridis uasis uti contra-
rora sient. Infra ubi in impresis Quadrarijs, in eodem
Quadrinis. Dissentit igitur in hac uoce duobus locis à
peruulgata lectione antiquus atq; optimus liber, uerum
etiam non benè sibi ipsi constat. Ex altera quæ peruersa
est uoce, nos Contra ora, fieri posse arbitrati sumus.
Videbunt nunc ingeniosi, ac docti uiri, nostrâ ne conie-
ctura, an communis lectio melior sit: fortasse etiam ter-
tiam aliquâ, ambabus ueriores, è priscis uestigijs educent.

Trapetibus locum dextra sinistra. Pluribus locis 15
in Catonis libro postrema duo uerba sine coniunctione
nunc leguntur, quæ antea, E T, in medio habebant. Eam
ipse in nullo ueteri exemplari à me inuentam illinc deieci.
Animaduerti præterea Ciceronem in extremo x 111. lib.
epistolarum ad Atticum sic etiam locutum fuisse: Omnis
armatorum copia dextra sinistra ad equum.

Longum p. v. Latum p. 11. s. crassum p. 1. s. 15
Fœda macula, seu potius ridicula, hunc locum occuparat:
stultè enim notis numerorum nostri temporis descripta la-
titudine erat, atq; imperitia librariorum, siue emendatorum

ita aucta, ut nullo pacto longitudini responderet S, (qua nota semis manifestò significat) cum antecedente summa coniuncta fuerat, atq; ex duo & semis, centum quindecim factum: quo errore nihil ineptius fingi potest: nec is unum tantum locum, sed plures scœdauerat. Deerat etiam mensura crassitudinis, quam è manu scriptis libris acceptam hîc restituumus.

15 Aut binas pro singulis eo supponito. Antiqua hæc lectio, quam recepimus. In excusis antea, Pro singulis desuper ponito.

17 Denuo eodem modo facito ne se moueat. modiolos &c. Fidem uetustorum codicum secuti, hinc nonnulla uerba sustulimus, quæ enim præter hæc erant in excusis, in nullo à nobis manu scripto libro inuenta sunt. Sed res etiam ipsa diligenter considerata superioraq; Catonis uerba, ni fallor, declarant hanc ueram lectionem esse: præceperat enim diligenter, ne quis plumbo in columella sustinenda uteretur, & quibus rebus fulciri deberet ostenderat: quòd si nunc, cum uitium illa facit, ad plumbum confugi oportere diceret: sibi ipsi, ut opinor, aduersaretur. Censet igitur commodius esse, eam eximi, rursusq; eodem modo fieri: plumbum enim, res mollis, non potest maius aliquod pondus sustinere, sed citò cedit, ut ad alia maiora remedia transire necesse sit: nam modiolos leuior res rectè circumplumbari posse ostendit, neq; enim à pondere illic periculum est.

19 Bennæ emantur. In antiquissimo exemplari Mennæ: receptum tamen lectionem retinuimus: est enim Bennæ, quod Sex. Pompeius docet, Gallica lingua genus uehiculi: nisi aliquid etiam Mena significat, quod hîc accomodatatum sit: id autem nos ignoramus.

Vuas miscellas. Sic semper apud Catonem, Varro= 19
nemq; in antiquis codicibus scriptum est: non ut in formis
antea excusis *Misellis*: apud Plinium quoq; in impressis
etiam libris, ita scriptum hoc nomen offendi.

Scrobes in ueruacto. Antiqui libri, In ueruacio: 21
coniectura ducti, In ueruacto, emendauimus. in formis an-
tea excusis *Inuertito* corruptè legebatur. Quid *Verua-*
ctum sit, & unde ei nomen impositum, Plinius x i x. ca-
pite x v i i i. libri declarauit: nam uerbum, unde tota
hæc oratio pendet, infra constitutum: illud autem in ex-
cusis quoque libris erat, sed non suo loco positum, nihil
hanc scripturam adiuuabat.

Vbi sementim factururus eris, ibi oues delectato. 21
Elegantissimum uerbum hinc incommode sublatum fue-
rat, ac pro illo, *Delegato*, importunè repositum, quod
multis modis parum hinc aptum esse intelligitur. *Delecta-*
to, in cunctis manu scriptis offendimus. Apud Plinium
etiam, qui præcepta Catonis de stercore colligit, eodem
pacto legitur.

Prælum ex carpino atra. Ita in cunctis manu scri- 21
ptis legimus, apud Plinium tamen, qui locum hunc transcri-
psit lib. x v i. cap. x x x i x. De sapino atra legitur.

Capita uitium per sementim ablaqueato, ui- 22
neam putatam circumfodito. In cunctis, & manu
scriptis, & formis excusis Catonis codicibus, ita scriptum
offendi: in Plinio tamen, qui Catonis præcepta de cultura
uitium in x x i i. caput libri x v i. transtulit, plura uer-
ba defecerunt: consulto ea Plinius reliquerit, an negli-
gentia librariorum omissa sint, docti uiri iudicabunt:
quamuis nunc aliud agam, hoc tamen demonstrasse inutile
non fuit.

22 Vites teneras quàm primum propagato, sic occato. Postrema duo uerba, in omnibus à me antiquis libris inuenta, restitui: neq; tamen ea apud Plinium illo loco leguntur. sic autem intelligo, Deinde, postquam propagaueris: quemadmodum etiam Græci οὐτω, sepe in oratione ponunt.

22 Si uinea à uite calua erit. Calua in nostris antiquis legimus. calua à uite dixit, si modò hæc uera est lectio, ut Cicero, Vacuus à frumento: & Inanis (etiam) ab aliqua re, sepe dixit. Nam, Vineam caluam, translato à capite nostro nomine, eleganter appellauit: quemadmodum Columella, Castaneta caluescere, eadem ratione dixit: apud Plinium tamen, ut in formis antea excusis Catonis libris, Caluata, legitur.

22 Corrigitoq; uti rectè spectent. In cunctis manu scriptis, excusisq; Catonis libris nulla uarietate ita scriptum inuenimus, apud Plinium in impressis, Porrigitoq; que ubi rectè steterint: in antiquis eiusdem codicibus, Quæ, non legi: in uno, Stent, pro Steterint: in uetustiore tamen, fidelioreq; Steterint. Sit ne Plinij scriptura ad Catonis regulam redigenda, an in Catone etiam aliquid uitij sit, doctissimi uiri uidebunt.

24 Si cariosam terram tractes. Multa hinc restituumus, quæ omnia è ueteribus libris accepta sunt: in extrema tantum uoce paruum uitium erat, Tracies enim habebant, emendauimus, ut puto, aptè Tractes: eodem enim modo hinc peccauerat librarius, ut suprà, cum pro Veruaceto, Veruacio scripserat.

24 Aceris frondem iligneam. Sic erat in omnibus typis excusis, in uetustis legimus, Acus, frondem iligneam, querneam. apud Plinium, qui hæc Catonis præcepta de
sterc

stercore refert, Ac frondes iligneas, querneasq;. Verior
rem tamen putamus esse ueterum Catonis librorum lectio=
nem, & Acus, non Aceris legi debere credimus: ut le=
uissimas paleas, non frondem arboris aceris significet.

Et circum salicta herbam altam, uluamq;. In 24
excusis omnibus codicibus mendosissimus hic locus erat,
ubi illi Sata habebant, ueteres Saucta: nos, Salicta,
emendauimus: adiuti etiam à Plinio, apud quem ita uul=
gò legitur. Eodem pacto peccauerat librarius tertio ab
hoc capite: nam Saucem, pro Salicem, scripserat: sic e=
nim in perantiquo Saucem Græcam discindito. Vbi ijdem,
Et eam: antiqui, Vuamq; eam: à Plinio hîc etiam
confirmati, Vluamq; eam, &c. castigauimus: nam
Succide, quod in impressis erat, neque in manu scriptis,
neque in Plinio legimus. Vnum tantum discrimen restat
inter Plinium & Catonem, quod in Plinio impresso, Her=
bam auctam: in uetusto uerò Mauctam, pro Altam le=
gitur: cuius uerbi rationem reddere non possumus.

Vitis si macra erit. In manu scriptis, Viti: antea 24
in impressis, Vineia: nos Vitis, scripsimus. Apud Pli=
nium aliud discrimen, Macruerit, enim pro Macra erit:
nos tamen, quam inuenimus apud Varronem scripturam,
reliquimus.

Nisi intermestri. Sic emendauimus ex uetustis co= 24
dicibus, cum antea, In trimestri, perperam scriptum
esset: quæ macula quondam etiam apud Plinium eundem
hunc Catonis locum foedauerat. Inde tamen diligentia,
& studio Hermolai Barbari sublata fuerat. Varro libro
VI. de lingua Latina, de hoc nomine disserit, & unde
etymon habeat ostendit, in primo etiam de re rustica hoc
nomen usurpat.

- 24 Ne quam materiem doles. Apud Plinium, Nigram materiem doles : quod puto mendosum esse, Peritiores tamen uidebunt. Est aliud apud Plinium, quod à Catoe discrepat, uarietas tamen ab interpunctionibus potius, quàm ab alia ulla re oritur.
- 24 Sarmenta degere, & fiscinam facere. Vetus hæc est lectio, quam probamus. Degere cum plures significationes habeat, ualet etiam detrahere, quemadmodum testimonio Nonij cognoscimus, & auctoritate Plauti, qui ab eo adducitur.
- 25 Facito fortax totam fornacem, &c. Hæc est antiqua lectio, quam hic reposuimus. communem enim inuenimus, commenticiamq; putauimus, illius enim in manu scriptis codicibus uestigium nullum : non tamen huius rationem plenè reddere possumus. Neque tamen mirum uideri debet, si in tam prisco scriptore unum, aut alterum uocabulum ignoratur : ita enim (ut ueteres Grammatici docent) ille saepe locutus est, ut multæ ipsius uoces paulò post obsoleuerint.
- 25 VISIONI supererunt. Ita legi debet, non VISIONI: atque ita est in antiquis codicibus. Vtitur alibi M. Cato hac uoce, sed testimonio Nonij etiam intelligitur ueteres, & Vsum, & Vsuram, & VSIONEM dixisse. Nam ab eodem M. quoque Varronis locus bis adductus, mendosam ambobus locis hanc uocem habet. VSIONI enim (nisi me coniectura fallit) non VISIONI scriptum reliquit Varro. τὰ πρῶτα ὑπὸ πλάτωνα. Diogenem literas scisse, dum uisioni quod satis esset. In x x x i i. etiam libro Pandectarum de legatis, & fideicommissis l. cum quereretur, sic locus ille legitur in optimo exemplari, Nam si uina diffudisset habiturus uisioni ipse, & hæres eius, &c.

Sulfuris p. c̄ c̄. *Has ponderis notas ueriores re-* 26
stituimus, quæ ut arbitror cum parum intellectæ essent,
deprauatæ fuerant, testari etiam uolumus & hic, & ubi-
cunq; in peruetusto hoc uolumine ea uox est, Sulpur,
semper scriptum esse, quæ scriptura etiam in Florentinis
Pandectis custodita, illa tamen (quamuis frequens in pri-
scis exemplaribus) à doctis, & diligentibus uiris damna-
ta est.

Et uiti sicca alligato. Sic in una editione: in altera, 25
 Et nisi sicca: In antiquissimo, & optimo codice sine con-
 iunctione uiri sicca. locus tamen, in eo quoq; nota mendi
 adposita, signatus. Hoc enim semper seruauit diligens li-
 brarius, ut quos locos suspectos haberet, notula indicaret.
 non possumus ad eum restituendum præter antiquam scri-
 pturam aliud afferre.

Et stirpem artito. Quo frequenter usus est Cato. 26
 hoc uerbum semper in antiquo illo exemplari ita scri-
 ptum est, non Arcito, ut in excusis olim erat: apud No-
 nium quoque, de mutatis coniugationibus, eodem modo,
 Artiuit, pro Artauit: qui exempla etiam Næuij Poëtæ
 affert.

Hæc unà bene condeplito. Non magnum nego- 26
 tium est intelligere hanc ueram esse lectionem, crebro enim
 Cato hoc uerbo utitur, & significatus ipsius hic mi-
 rificè quadrat: in antiquis libris Condeposito, nos
 una è medio uerbo sublata litera Condeplito, castiga-
 uimus. Non multo etiam post, ubi antea in excusis omni-
 bus mendosè prædicto, erat: depsto, ex iisdem antiquis
 libris reposuimus.

Ne gelus. Ita in manu scriptis codicibus legitur: ui- 27
 rili autem genere uetustissimos hoc uerbo usos esse, etiam

ueteres grammatici testantur.

28 Quoquo uersus collatis. Veteres libri, Contro-
uersus.

29 Vti stet talea, melius uiuet. Ita castigauit, cum in
ueteribus libris, Vtis stet talea, scriptum esset: nam,
quæ antea in impressis erat, lectionem nullo modo proba-
ui. Alia, quæ uariaui, ab optimis, fidelissimisq; exempla-
ribus à me sumpta sunt, neque ulla egent confirmatione.

31 Ex una parte perpetuum. Vt in nonnullis impres-
sis, ita etiam in antiquis hic locus ita scriptus est, nota ta-
men ei mendi adposita, alij ex coniectura, ut puto, Pro-
pe imum, castigarunt.

31 Per uer cum arabunt. Hunc locum ex antiquis li-
bris summa cum fide restitui: in quo illud inusitatum, quòd
Edunt, pro Edant, posuit. Idem etiam bis fecit in capite,
quo Brassicam Pythagoream laudat. Sed alijs etiam lo-
cis, quemadmodum post indicabo: quare id negligentia
librarij commissum non putauit: sed hanc fuisse loquendi
consuetudinem M. Catonis, prisci hominis, credidi.

34 Qui oletum sæpissimè, & altissimas radices ex-
arabit. Hæc est uetus lectio: in excusis plura uerba le-
guntur, quæ M. Catonis sint, an recentiorum hominum,
qui locum hunc supplere uoluerint, affirmare non pos-
sum: nam superior sententia ualde à Plinio laudatur, atq;
oraculum appellatur. In Plinij diuersis codicibus non uno
modo legitur: nos, ut in optimis exemplaribus inueni-
mus, ita illam scripsimus.

34 Quot iuga bouum. In manu scriptis quos uidi,
Bouerum: in optimo exemplari mendi nota ad hunc
locum adposita est. Opinor accuratum librarium suspe-
ctam hanc uocem habuisse: quæ propter uetustatem peri-
tos

tos etiam uiros decipere potuit : nam ita scribi debere, & ita priscos illos Romanos locutos esse, testatur M. Varro, cuius è libro VIII. de lingua Latina hæc sunt uerba : Alios dicere, Boum greges : alios, Bouerum.

Medipontos, &c. Hic in optimo exemplari, Melipontos, quemadmodum antea ubi docuit, in torcularium quæ opus sunt.

Cummim pridie in aquam infundito. Hæc est antiqua, & uera lectio, cum excusi omnes libri antea mendosè Cuminum, haberent, & hic, & duobus alijs huius capituli locis. Nonius etiam cum de indiscretis generibus differeret, docuit ueteres & neutro, & muliebri genere hoc nomen usurpassè.

De ue primo. Communem lectionem improbauimus, ut nouam, insulsamq; nec tamen locum restituere potuimus : quod in nobis fuit, ueterem scripturam demonstrauimus, ad eamq; mendi notam adposuimus : id quod in optimo etiam libro ei acciderat.

Simplicibus completo. In excusis antea, deim plicis : nos eam scripturam reposuimus, quam in cunctis manu scriptis inuenimus, nec tamen eam explicare possumus, meliora fortasse ingenia ex ueteribus uestigijs ueram lectionem indagabunt.

Globos sic facito. Sic in antiquis libris legi, cum in impressis antea ὑποκροσισκῶς, Globulos. Idem etiam non multo post factum erat. ita quoque scriptum esse animaduerti in M. Varronis de lingua Latina antiquis exemplaribus, in illo loco libri quinti, A globo farina dilata to, item in cleo cocti dicti a globo globi. Nam illic etiam formis excusi libri globuli habent.

Honestum quasi spiram facito. Antiqua hæc le-

Etio, quam ueram esse huius loci credidi, Honestum (ut opinor) appellauit enchytum, quod magnitudinem, & elegantiam quandam habeat : id enim Honestum saepe significare perspicuum est. Formis excusi antea libri In restim, habebant. Ut autem Honestum, dignitatis plenum : ita contra Inhonestum, dedecoris, ac turpitudinis. Apud Tacitum duobus locis hæc uox esse debuit : ubi enim in impressis libro x v. Bellum anceps, an pax in hoste placeret : in antiquissimo libro, In hosta : quare Inhonesti, arbitror legendum. Item x vii. ubi in excusis, Vitellius uentre, & gula sibi ipsi hostis. in eodem, Sibi inhostus : ego, Inhonestus, lego : & ut plenius intelligatur negligentia librarij, qui imminutas uoces scribebat, has maculas exortas libro x x. pro, Innexa signa, Inhonora, legi debet : in illo enim, In hora.

40 Id in unum uas, &c. Ita locum coniectura emendauit : sed quia falli potui, ueterem scripturam notam omnibus faciam, ut uideant ingeniosiores an meliorem lectionem inde clicere possint, Idinum uas liceto.

40 Catinum testo operito. Contra hunc locum in margine uetustissimi, fidelissimūq; exemplaris hæc uerba eadem manu scripta sunt : Huc usque de duobus emendauit, hinc de uno exemplario tantum. Quæ ipsa adscripti, indicant enim diligentiam librarij, & illi etiam libro auctoritatem aliquam adferunt.

41 Amphoram defracto collo. In hoc, & alijs nonnullis locis, quos hic uariaui, fidem antiquorum codicum secutus sum.

42 Tum far insipiat. Hæc est antiqua lectio, quam ualde probamus. antea in impressis omnibus, Cum feruere incipiet, erat. Sex. Pompeius libro x vii. uim hu-

ius uerbi declarat : Et insipit : hoc est, iniicit.

Conuoluolus non nascebit. Nihil discrepant hic 43
manu scripti codices ab excusis : nisi quòd in margine
optimi exemplaris eadem manu, qua liber exaratus est,
pro Nascebit, Nocebit, emendatum est.

Smyrnæum. In antiquissimo codice uetere scri- 44
ptura Zmurnæum : apud Varronem etiam de agri-
cultura, Vt uites apud mare Zmurnæ. nam eruditi, &
accurati uiri docuerunt, quandoq; in priscis monimen-
tis Z, pro S, inueniri:Υ, psilon autem passim in V, &
Latinis translatum est. Non multo post, Solstitium,
in eodem libro, pro Solstitium, scriptum est.

Multi quadrantalia X. In manu scriptis legimus 45
Quartarios : ubi antea multis locis, Quadrantalia : in
optimo exemplari tantum est prima eius nominis litera.

De scopio. In margine antiquissimi libri contra 46
hunc locum mendi nota adposita est : & eadem manu ibi-
dem, De scopione, emendatum. In extremo autem ca-
pite pro Pura, quæ uox, ut in impressis, ita etiam in eo le-
gitur, eodem pacto in margine Curata, emendatum.

Et ne plus quatrimum. In uetustissimo libro 48
Quadriennium, quemadmodum paucis post uerbis ite-
rum : id nos erratum librarij putauimus.

Vbi satis efferuerit. Ita in cunctis manu scriptis 49
inuenimus : sed accurati etiam Grammatici ostendunt,
uetustissimos saepe sic locutos esse : Vergilium etiam ea-
dem ratione dixisse, Feruere leucatem, manifestum est.
Hoc multis locis ita confirmatum tempus restituimus.

Capreidam, uel iuniperum. Contra primam uo- 50
cem in margine uetusti codicis eadem manu, Capidam,
scriptum est. Non multo etiam post in eodem libro La-

gonam, pro Lagoenam, quemadmodum etiam in Mediceo codice locus ille epistolæ Q. Fratris ad Tironem, Quæ lagonas etiam inanes obsignabat. & in uetustissimo Plinio locus hic è x v i. libro: E quibus montani prætenuia fila decerpentes, spectabiles lagonas, & alia uasa nectunt. Neq; tamen nos hanc rectam esse huius nominis scribendi rationem credimus: animaduertimus enim ueteres librarios sæpe in diphthongis alteram illarum litterarum, & posteriorem ferè, quæ diphthongum conflaret, omittere solitos.

51 Ad tormina, & si aluus non consistet. Postrema hæc uerba hoc loco poni debere arbitramur, quem etiam in antiquis libris tenent. Appellat Tormina, ut arbitror, *δυσεντέριον*. & si aluus non consistet, *διάρροια*. Cicero in epistola ad Gallum hoc confirmat: Tanta me *διάρροια* arripuit, ut hodie primum uideatur cœpisse consistere.

53 Alium, lentim. Ita hic, & omnibus alijs locis in his libris Alium scriptum inueni, quam etiam orthographiam seruauimus, secutus maximè iudicium Ioannis Pierij, docti, & accurati uiri, qui super illo Vergilij, Allia serpillumq;: ita scribit, Scribendum Alia uno l, cum antiquis codicibus doctorum etiam hominum sententia decernit.

53 Aut quasillum. Ita sanè est in manu scriptis, & ita legi debet, non Quasillum, ut in impressis hic semper erat, quod etiam uersiculo politissimi Poëtæ confirmatur,

Sit tibi cura togæ potior, pressumq; quasillum.

53 Porcam præcidaneam. Sex. Pompeius, quam appellare porcam præcidaneam ueteres soliti sint, declarat. Hic etiam locus Varronis, ubi mentio ipsius est, à Nonio adduc

adducitur. De uita populi R. Libro III. Quod huius
matus non sit, heredi porca præcidanea suscipienda Tel-
luri, & Cereri, aliter familia pura non est.

Vomis inutilis. Vomeris in manu scriptis libris 54
legimus, quæ fortasse lectio repudiari non debet: Gram-
matici enim testantur, uetustissimos multa huiuscemodi
protulisse, ut supellectilis, nominandi casu, & non tan-
tum supellex, dicerent.

Hamæ. In Pandectis hoc nomen est, libro primo de 54
officio præfecti Urb. l. Omnia omnino. Sciendum est au-
tem Præfectum uigilum per totam noctem uigilare debe-
re, & coerrare calciate cum hamis & dolabris. Eodem,
aut paulo immutato, nomine Græci instrumentum aliud
appellant, de quo disseruit eruditissimus Budæus, qui lo-
cum quoque Plinij in epistola ad Traianum adducit, ubi
Latina dictio est.

Ex lapicidinis. Antiqua lectio Lapricedinis, emen- 55
dauit, lapicidinis. Varro libro VIII. de lingua Lati-
na, Qui lapides cadunt, Lapicidas, qui ligna, Lignici-
das non dici.

Politori pars est. Vnico tantum l, hoc nomen in his 55
libris scriptum offendi: an quia, quod Sex. Pompeius
sepe testatus est, uetustissimi consonantes geminare non
solebant? unde Aula, non Aulla, aut Olla, hic semper scri-
ptum est.

Impera suo uita uirilia circumagi. Suouita uirilia 56
semper in optimo exemplari, & alijs manu scriptis, scri-
ptum est: nam hæc etiam in antiquissimis Cornelij Taciti
libris orthographia est, custodita quoque à perito, & dili-
genti uiro, quo correctore quinque primi libri editi sunt.
Sic etiam locum illum in x x. arbitror legi debere, ubi

de restitutione Capitolij agit, Lustrata suouitaurilibus area: nam sic ferè in uetusto legitur. Non me latet, Sex. Pompeium solitaurilia hos ludos appellare: & id etymon habere tradere, quod huic uocabulo accommodari non potest.

57 Beneque euenire sinas. Receptam lectionem retinui, neque tamen quod in optimis exemplaribus offendi reticere uolo: memini enim me M. Catonem prae manibus habere, qui uetustissimus scriptor fuit, & multa quae obsoleuerunt, usurpauit: pro Sinas, igitur in illis, Siris scriptum est.

57 Quae dominus praecipit. Veteres codices hac parte corrupti: in optimo mendae etiam nota ad hunc locum apposita, sic illi legunt, Quae domino praecipit. Ex communi receptaque lectione nullum idoneum sensum ducimus: nam hoc, quod his uerbis à Catone praecipitur, infra alijs expositum est, Dominoque dicto audiens sit. Ingeniosiores fortasse ex priscis uestigijs, quomodo legi debeat, eruent.

59 Legulos quot opuserunt praebeto, & factores. In antiquis, Et sictores: emendauit, Et Strictores. Infra, Duas partes strictorum praebeto. Aliud esse, Legere oleam: aliud Stringere, ex uerbis Catonis intelligitur. Factores appellat, qui lectam, strictam uel oleas post dies aliquot faciunt: id est, oleum ex ea exprimunt.

60 Domini dato iri &c. Hunc locum ut in omnibus manu scriptis inueni, ita dedi: est autem manifestò mendosus, quare notam ad eum adposui. Communis lectio noua, ut arbitror, & inanis est.

60 Donicum solutum erit. Excusi antea mendosè Domino cum: in manu scriptis tamen Donicum, quo ad uerbiò

uero pro Donec passim ueteres usi sunt: id etiam infra in hoc libro M. Cato usurpauit. Sic quoque uersus ille Lucretij legi debet,

Donicum ad extremum crescendi perfice finem.
non, Denique, ut uulgo in impressis. Id è manu scriptis libris cognoscitur.

Hac lege uinum pendens. Elegantissimo hoc uerbo posteriores quoque iuris consulti usi sunt, libro xix. Pandectarum, De actionib. empti, & uenditi. Qui pendentem uindemiam emit, si uuam legere prohibeatur à uenditore. & quæ sequuntur. 60

Porcos serarios. In excusis libris, Sectarios: in manu scriptis omnibus Serarios, scriptum inueni. Sectarius uerue, Sex. Pompeio est, qui gregem agnorum præcedens ducit: ducem autem suum suem eligi nunquam audiui, neque tam stolidum animal hoc munere fungi posse arbitror. Quare potuit ipsos M. Cato ab alia re Serarios appellare, quæ mihi sanè ignota est: & quod hic feci, Priscorum codicum auctoritatem secutus feci. 62

Ut transferri possit. Prisca hæc lectio. Possitur, uerbum, si nunc obsoletum est, mutari non debuit: est enim, nisi fallor, scriptoribus suis sermo relinquendus, si à nobis propter uetustatem non usurpandus. Nonius de mutatis coniugationibus ostendit, ueteres nonnullos ita locutos esse. 63

Aliqua quinque folia. Sic in manu scriptis, non, Alia, ut in excusis. Apud Varronem quoque libro primo, ubi hoc præceptum Catonis iisdem uerbis repetitur, in antiquis exemplaribus ita scriptum inueni. 64

Et cumini fricti. Vetus lectio Fricti, non Triti, ut habent impressi. Varro de re pecuaria inquit

inquit, Triticum frictum dari oportet. Horatius de arte Poëtica,

Nec siquid fricti ciceris probat, & nucis emptor.

65 Vsq; donec commadebit bene. Vetus lectio, Vsq; doc ec, emendauit, Vsq; donec: quo aduerbio antea etiam hoc in libro M. Cato usus est.

65 Quod uolet postea cibi edit &c. Hic etiam bis Edit, pro Edat, posuisse Cato uidetur, quemadmodum antea admonuimus: sequenti etiam capite, idem bis facit, quare totiens in fidelissimis codicibus à nobis inuentam locutionem, quamuis inusitatam, non debuimus repudiare.

65 Principium te cognoscere oportet. Multa hic diuersa ab communi lectione in antiquis libris inuenimus. Prima hæc pars cum fide inde in nostrum codicem translata: quam tamen quia mendosam arbitrati sumus, nota adposita signauimus: nihil autem erat quod communi, peruulgataque lectione delectaremur, eruditiores hoc etiam uidebunt: unum tantum modicè uariauimus, pro Commutat, enim in antiquis Commœtat, eadem ratione ut arbitror qua Mœrorum, etiam, pro Murorum, uetustè dictum fuit. Vnum igitur hoc uariaui, atque id etiam notum facere uolui: cupio enim si non doctrinam, fidem meam probari.

65 Sed quæ uocatur septem bona &c. Græca uerba ex toto hoc capite sustuli, multis rationibus, ut hoc facerem, adductus: In manu primùm scriptis codicibus illorum uestigium nullum: quomodo hæc aut illas res natio Græcorum appellaret, nunquam in hoc libro ostendisse Catonem, animaduerti: neq; hoc ad se pertinere existimasse. Præterea apud Plinium, quo loco præcepta Ca-

tonis de Brassica exponit, Græca uerba non leguntur: sed ijs utitur Latinis Plinius, quæ ego in antiquis libris à me inuenta hîc reposui. Possent alia huiuscemodi argumenta à nobis adferri, sed extremum hoc firmissimum pu- to, libro xix. Sed Cato brassicæ miras canit laudes, quas in medendi loco reddemus. Genera eius facit tria, unam extentis folijs, caule magno: alteram crisso folio, quam Apianam uocat: tertiam minutis caulibus, lenem, teneram, minimeq; probat. Item libro xx. cap. ix. quem locum antea demonstrauit. Quomodo igitur si Ca- to Græcis nominibus genera brassicæ distinxisset, illa reti- cere potuit Plinius? Additas Græcas uoces arbitror à re- centioribus nonnullis, qui operæ pretium se facere cen- suerunt, si locum locupletarent, & quæ apud alios aucto- res inuenerant, huc etiam inculcarent.

Altera est prisca, Apiacon uocatur. Veterem ⁶⁵ scripturam conseruauî, quam tamen suspectam habeo, apud Plinium Apianam uocasse hanc Catonem legitur: in manu tamen scripto Plinio Apiacam inueni. Si rectum esse censuerint periti uiri, poterunt cum Plinio hîc A- pianam legere: ipse nihil temerè immutare uolui.

Nulla est illiusmodi medicamentosior. In an- ⁶⁶ tiquissimis libris Medicamento, quod tamen reliqui- mus. Id etiam propter librorum fidem adnotare uo- luimus.

Vulnera putida canceresq;. Prisca hæc lectio, ⁶⁶ ubi in excusis Putrida, & Putrescere: in antiquis libris, Putida, & Putescere, scriptum inueni. Docet Priscianus libro v. uetustissimos etiam hoc Cancer, de morbo protulisse.

Teras brassicam, Mendosè in antiquis ⁶⁶ Tætras
brassi

brassica.

- 67 Verum morbum articulare. *Vetusta lectio, Articularium. Plinius, Podagræ etiam, morbisq; articularijs.*
- 67 Tamen ualitudinis causa experirer. *Receptam lectionem retinui, ueterem nunc omnibus exponam, corruptam illam quidem, è qua tamen uera fortasse lectio industria eruditorum erui quandoq; possit: Tamen ualitudinis causa experirus, hanc oportet &c.*
- 67 Omnis qui infomniosus est. *Vetus lectio, Omnis, uel siquis est seniosus. Plinius quod receptam lectionem adiuuat: Infomnia etiam, uigiliasq; tollere decoctam: communem igitur retinui.*
- 67 Postea ferue bene facito. *Prisca hæc est lectio, quam recepimus: animaduertimus enim M. Varronem eodem pacto locutum, si optimis ac uetustissimis codicibus fides habenda est. De agricultura ubi de modis agrorum differit, Quæ sole perferue ita fit, ut radices satorum comburat. De uillaticis pastionib. Sexaginta enim milia Fircellina excande me fecerunt cupiditate. In omnibus enim his locis fracta uerba sunt. Nec me latet, Quintilianum hanc uerborum diuisionem nequaquam recipere solutam orationem tradere.*
- 60 Nunquam ij uirosi fient. *Receptam hanc lectionem retinui, notam tamen facere antiquam uolo, quæ deprauata omnino est, quod etiam librarius non parum diligens cognouit, ad eam enim notam adposuit: Nunquamum seri fient. Restituta fortasse uera est.*
- 68 Carnem assam dato, si esse non uolet. *Antiqui libri, Carnem asinam dato, si esse non solet.*
- 69 Deinde impetigini parce, *Antiqui libri, De petigenis*

rigenis porcæ. Plinius hanc sententiam Catonis referens, inquit: Et impetigines eadem sanari sine ulcere. Petiginem hunc morbum etiam appellari solitum Nonius docet, exemploq; Lucilij poëta confirmat.

Dic una pariter usque dum coëant. Hunc locum mendo uacare non puto. Antiqua lectio contaminata est: Vna p̄ es usque dum &c. Nam prima dictio huius clausule in uetustis non legitur. Videant eruditi uiri, an auxilio ueteris scripturæ locum restituere possint: nullam enim aliam opem studiosis præbere possum.

Locum subigere oportet bene. Plura hic antea uerba legebantur, quæ quia in manu scriptis non inueni, cuncta deleui: illa autem, ut ex multis locis liquido apparet, addita fuerant ab ijs, qui singulorum capitum inscriptiones sustulerant: cum enim sepe ex titulis ipsis sermo Catonis penderet, illi autem sublatis forent, necessario adiungere aliquid oportebat, quod de qua re capite illo ageretur, ostenderet. Ipse diuersam rationem secutus sum, & quemadmodum in omnibus antiquis exemplaribus inueni, inscriptiones ante singula capita adposui, & quæcumq; nuper in capitibus ipsis adcreuerant, abiici. Erant autem illæ rubricatis literis formatae, ut facilius dignoscerentur: quòd si quis accuratè attendat sermonem ipsarum, elegans est, & ab Catonis oratione non abhorret: multis certè locis ita necessariae sunt, ut sine ipsis omnis postea sermo perturbatus inminutusq; sit. Quot incommoda ex aliorum correctorum licentia extitissent, ut arbitror, intelligent, qui diligenter quæ ab antiquis libris illi uariauerant, uidebunt:

nam

nam in nostris expressam ueterem scripturam inuenient.

70 Sarito runcatoꝝ. Vnico tantum r, hoc uerbum scripsi: in his enim antiquissimis libris, quibus ad hoc munus usus sum, semper ita scriptum obseruaui. Audiui præterea à doctissimis, & accuratissimis uiris, se in priscis monumentis eodem pacto illud scriptum adnotasse.

71 Salem sternito. Antiqua lectio Sale. Antea etiam, ubi de lege oleæ faciendæ agit, in iisdem, Et sale sue usioni.

71 Tertio die demito. Ita habent antiqui codices, & ita arbitror legi debere: non, ut in excusis omnibus, Demittito. M. Varronis optimi codices ita quoq; locum illum legunt, circa finem primi: Si non dempseris ad edendum &c. Loquitur autem de pensilibus quibusdam, quanquam illic etiam impressi habebant, Demiseris. Nos etiam sermone nostro familiari uerbo in ea re exponenda utimur, quod egregiè respondet ei, quod hic restituimus.

IN M. VARRO.

NIS, RERVM RV=

STICARVM

LIB.

I.



ACESSIT tribus, quorum fidem maximè in Catone expurgando secutus sum, tertius quidam amici, & familiaris hominis, qui in Varrone comes illis adiungitur, & non negligenter à nobis in hoc munere obseruatus est. Illum autem, quamuis priscis temporibus exaratus non fuerit, paruifaciendum non putauimus, nam domi doctissimi & clarissimi uiri, ut in eo quoque adnotatum est, Guarrini Veronensis Ferrariae exscriptus fuit, ut facilius etiam à natali loco fides ei habenda sit. Non enim ab iisdem exemplaribus, quibus nostri profectus esse potest, aut quando cum libris nostris consentit, quod saepenumero facit, id astutè facere, & consilio aliquo fraudis cum illis inuito existimari debet: Sed ut incorruptus testis, quod in ueritate ab alijs prauè discrepare nolit. De alijs plurimis, qui aut ex eodem fonte orti, aut mendosè scripti sunt, mentionem non faciam: nam aut ambitiosus in citandis testibus uiderer, aut studiosis sine ulla utilitate fastidium adferrem.

Inscriptionem trium M. Varronis librorum à me in optimis codicib. inuentam secutus sum. nam Indices, quibus declaratur, quid singulis partibus horum sermonum contineatur, non omnes ueteres sunt: Primi enim tantum libri in manu scriptis exemplaribus reperiuntur, & ij loco quo à me positi sunt collocati. Secundi, ac Tertij

c

Indic

Indicum in ijsdem uestigium nullum: & sanè si quis accuratè animaduertat, non ualde elegantes sunt. Quare à recentioribus additos puto: ob idq; ad eos, ut adulterinos, notam adposui.

76 Quoad uiuam. In antiquissimo exemplari hìc, & alijs locis passim Quaad, pro Quoad, ut in hoc libro, Et quaad perarescat furcillis uersari. In 11. capite 11. Quaad refrigeratu aère uespertino. Paulo post: Et rursus pascunt quaad contenebrauit. Nec multò infra: Quaad conualuerunt. Rem nouam hìc adnotasse contentus, nihil immutauì.

77 Indicabo à quibus scriptoribus reperias. Optimè exemplaris diuersitas, locutionisq; nouitas scrupulum mihi iniecerunt, ne aliquod hìc mendum lateat: sed ne antiqua quidem scriptura omni labe uacat, Reperitas, enim habet. Quare uideant eruditi, an Repetas, legendum sit: ipsis enim rem dubiam, incertam relinquo.

78 Dadis, Dionysius Euphiton, Euphorion. Duo, nisi fallor, erant in his uerbis magna errata: nanq; Oades, Dionysius $\pi\epsilon\phi\iota\ \phi\upsilon\tau\omega\mu$ &c. Antea legebatur. Refert autem scriptores rei rusticæ per ordinem literarum. Vera igitur est antiqua lectio, nisi aliquid mendi in tertio nomine sit: nam proprium nomen illud esse omnino credo, nec $\pi\epsilon\phi\iota\ \phi\upsilon\tau\omega\mu$ ullo pacto legi debere puto. Idem error apud Columellam erat, qui totum hunc locum, à Varrone acceptum, ijsdem penè uerbis pertractat, nisi quòd in manu scriptis Columellæ exemplaribus non Euphiton, sed Euethon, est: maluimus tamen in re incerta (neq; enim in nomen huius rerum rusticarum auctoris unquam incidi) M. Varroniq; codicum fidem sequi, quam
Colum

Columella: illos enim *fideliore*s experti sumus.

*Sementiu*s ferijs &c. Ita semper scriptum in his libris inueni: nam paulo item post, Num feriæ *sementiu*æ, apud *Catonem* etiam, *Pira Volema*, *Anitiana*, & *Sementiu*a. 78

Sol si perpetuò sit, aut nox. Eundem locum, quem hic adducit *Varro*, intelligit (ut opinor) *Sex. Pompeius*, cum inquit, *Torrens* principaliter pro exurens ponitur, ut est apud *Pacuum* in *Antiopa*, *Flammeo* uapore torrens terræ factus exusserit: uerba tamen non parum diuersa. 79

Si non diffinderem meo insititio somno meridie. Hic locus turpiter fœdatus erat in omnibus excusis libris: nos in manu scriptis antiquioribus penè integrum inuenimus: hoc tantum in illis uitij erat, quòd *Sumnu*, pro somno, scriptum erat: quam maculam dum tollere uoluerunt *sinistri* quidam emendatores, magis locum inquinarunt. *Elegantia* horum uerborum, & sententiæ etiam ipsius splendor hanc sine multo nostro labore castigationem confirmat. *Insititium* somnum *μεταφορικῶς* appellat, *meridianum*, qui tanquam inseritur, & adnectitur longo illi somno noctis. nam *Diffinderem*, diuiderem significare, perspicuum est. Eandem sententiam, parum immutatis uerbis, pronuntiauit libro 111. cum inquit: *Vbi æstate diem meridiæ diuidere soleam*. 80

Qui uiricum cis *Ariminum* datus est. Sic locum castigauimus. *Antiqua* lectio, *Cæsarem* inundatus est. *Excusi* antea codices inter se discrepabant: in alijs enim, *Cæsennatibus* datus est: in alijs, *Cæsare* iubente datus est: legebatur. *Eruditi*, & *ingeniosi* uiri nunc cogitabunt nostræ coniectura melior sit: nam aliquid

omnino libertatis adsumendum fuit, si locum corrigere uelles: deprauatus enim manifestò erat: nos autem modicè ea, ut opinor, usi sumus.

- 81 Contra auream imaginem. Optimus omnium codex hac parte mendosus est, sic enim in illo, Contra aurum imago. Receptam lectionem retinui, ueterem tamen notam studiosis esse uolui.
- 81 Illi interea ad nos. Et Stolo num &c. Multa hic restituumus, secuti fidem optimorum codicum: in quibus aliqua licentia usi sumus, nunc exponemus: ne si nostra sedulitas probata non fuerit, nostra culpa uetusti libri infamentur.
- 81 Nam non modò ouum illud. Antiqua lectio, Nam non modò cum illud. Ouum castigauimus, ex his quæ sequuntur: credimus enim in hac re iocari Varronem, siue Agrium potius, qui loquitur. quòd si ritum illum apud alium auctorem expositum inueniremus, manifestius tota res intelligeretur.
- 81 Dum id nobiscum unà uideatis. Antiqua hæc est lectio, ne minimum quidem immutata. ID, autem ouum, intelligi debere arbitror, VIDEATIS. Nam paulo ante, sed ne illud quidem ouum uidimus: ambæ autem hæ uoces in excusis libris immutatae erant.
- 81 Ad te enim rudem esse. Vetus hæc est lectio, fortasse Ad te, pro, Apud te: ut in 11, de Oratore, Tum cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat. Nam quod huic sententiæ respondeat, paulo post Fuisse, ex iisdem antiquis legimus.
- 82 Colonus in agro furculario ne capra natum pascat. Ita emendauimus ex uetusto codice, & ex illo loco libri 11. Ne colonus capra natum in fundo pascat. Nam ueteres

ueteres libri aliquantulum deprauati, sic enim habent,
Ne capra tum pascat. Prima igitur syllaba huius uer=
bi Natum, defecerat.

In arcem non Inigi. Inigi, quemadmodum est in an=
tiquis libris, scripsi: quo uerbo saepe M. Varro usus est. 83
Sex. Pompeius: Inigere pecus, est agere.

Aut alia metalla. Veteres libri hac parte inquinati, 83
Aliam & aliam & alia: castigauimus, Alia, & alia
metalla: est enim non parum elegans modus dicendi. Ca=
tullus, Hæc atq; illa dies, atq; alia, atq; alia.

Sed id modo quod ex fatiōne. Ita coniectura du=
cti emendauimus: recepta lectio sententiæ repugnare ui=
debatur. Hic locus in eodem hoc libro non parum iudi=
cium nostrum adiuuat. Quoniam fructum, inquit, arbi=
tror esse fundi cum, qui ex eo satus nascitur utilis ad ali=
quam rem. Doctiores tamen hoc uidebunt.

Vel Tarquennam audiui. Vetus hæc est lectio. 84
Tarquenna nomen, ut arbitror, proprium anagnostæ.

In meis pedib. Quamuis hic manu scriptos cum ex=
cussis codices consentire inuenerim, quod tamen ipse co=
gitauit, alijs narrare libet. Vereor, ne tres hæc uoces abun=
dent, & potius declaratio aduerbij illius, quod paulo ante
positum est, quam Varronis uerba fuerint: ut cum ante
dixerit, Salus hinc maneto: aliquis supra medianam uocem, ut
ubi salutem manere uellet, apertius intelligeretur, addi=
derit, In meis pedib. Iudicium etiam meum, ut opinor,
adiuuat, quod si hæc uoces illinc deiciantur, duo illa mem=
bra cantionis parem propè numerum syllabarum habe=
bunt, & similiter desinent, quæ res in huiusmodi rebus
curiosè quæri solent.

Qui inscribuntur φυτῶν ἰσορίας. Et alteri φυτι= 87

- κῶν ἀνω. Vetus hæc est lectio, ne parum quidem a nobis immutata : ita sæpe à ueteribus auctoribus libri Theophrasti citantur, quod ex Athenæo multis locis cognosci potest, quamuis nunc in excusis libris aliam inscriptionem habeant.
- 88 Qui sursum magis hyeme. In manu scriptis hic *Su-*sum, & *Deosum* sine *r*, quemadmodum *firè* semper : nos consuetudinem nostri temporis secuti sumus. Docent tamen Grammatici & *Sursum*, & *Susum*, ueteres dixisse.
- 91 *Acratophoron* uinum. Antiqui libri ueram lectionem retinent, *Acratophoro*. Est autem *Acratophoron* uasis genus. Cicero de *Finib.* libro 11. Ne hoc *ephippijs* & *acratophoris* potius, quam *proëgmenis*, & *apo-proëgmenis* concedatur.
- 93 Ita que in *Veijs* ut in *Pupinia*. Veteres libri hæc parte corrupti, communem lectionem multis de causis non probamus, eamq; ab aliquo emendatore repositam arbitramur. Modus loquendi, quo infra utitur Varro, aperit hinc aliter legi debere : ut cum ait, In agro pingui, ut in *Hetruria*, &c. In mediocri autem terra, ut in *Tiburti*. Nec tamen locum restituere potuimus. *Macrum*, *sterilem*que agrum esse *Pupiniam*, docet Cicero contra *Rullum*.
- 94 Is modus *acnua* appellatur. Hanc lectionem in omnibus antiquioribus libris inueni, nam communem, *peruulgatam*que inanem puto. *Columellæ* ueteres codices in illo loco libri v. Sed hunc actum *prouinciæ Beticæ rustici agnam* uocant : *agnuam* scriptum habent : id est eodem modo, quo hinc *Varronis* *prisci* codices : nam *c*, in *g*, ac contra, facile commutabant ueteres librarij : uete-

rem igitur scripturam illic quoque restitui. Quod nisi addidisset Columella, actum illum à rusticis prouinciæ Beticæ ita appellatum, cum M. Varro tradat Latine acnuam uocari, omnia, ut arbitror, conuenirent. Ego quod potui ad hunc locum illustrandum præstiti.

Quod habet scrupula CCLXXXVIII. quantum as. Hæc est uetus, eademque syncera lectio. Quam corrupta communis esset, facile perspicitur: nam hunc locum restitutum mirificè adiuuare studiosos literarum in ponderibus ac mensuris intelligendis perspicuum est. Vnciam XXXIII. scrupula habere omnes nouerunt, & ex XII. uncijs, quæ assem conficiunt, summam illam scrupulorum confici, patet: unde uerè M. Varro tradidit iugerum habere scrupula CCLXXXVIII. quantum as. Quod tamen ad orthographiam pertinet, ambobus locis scripulum i, non u, in prima syllaba habet.

Antiquus noster ante bellum Punicum &c. 94
Locus, ut arbitror, egregiè restitutus, in antiquioribusque libris fideliter conseruatus: unum tantum erat, quod improvidos lectores turbare potuit, & ut suspicor, ansam tot erroribus præbuit: Antiquos enim scriptum erat antiqua consuetudine, quæ multum in his libris retenta est: nam ouom, auos, equos, passim pro ouum, auus, equus, scriptum est. De sententia dubitari non potest, nam Sext. quoque Pompeius inquit, Centuriatus ager in CC. iugera descriptus, quia Romulus centenis ciuibus ducena iugera tribuit.

Quæ duplicata est quadrata in omnes quatuor partes. 94
Manu scripti libri, Centuria est quadrata &c.
Quæ si mendo uacat lectio, intelligit M. Varro centuriam

illam, quæ uetus nomen habebat, quamuis summam iugerum duplo maiorem haberet. Et sanè uerisimile est, ita loqui Varronem, quemadmodum etiam Sex. Pompeius facit: quamuis enim non ostendat se loqui de duplicata, ea illi tribuit, quæ duplicatæ conueniunt: tunc enim omnes, Centuriam cum audiebant, duplicatam (quamuis nihil adderetur) intelligebant. Centuria, inquit Sextus, in agris significat ducena iugera. In v. de lingua Latina M. Varro, quo loco rationem nominis reddere debuit, totam rem explicauit: Centuria prima centum iugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen. Ut arbitror, nonnulli correctores, cum Centuriæ nomen attenderent, nec cogitarent, Varronem consuetudine loquendi sui temporis uti, mendum esse suspicati, uerba commutarunt. Nam uix fieri posse puto, ut in aliquibus peruulgatam lectionem manu scriptis codicibus inuenturus non fuerim, si illa uera huius loci, ac germana esset. Quod uolent tamen de hac re docti uiri iudicabunt.

- 94 Latera longa pedum ∞ ∞ C. Cum studium meum exprimende antiquitatis non bene percepissent operæ, quæ postea libros excuserunt, integrum hunc locum deprauarunt: Quibus enim notis summa pedum, quæ centuriam conficiunt, in optimo exemplari descripta est, iisdem in nostro codice designari uolebam. Sic autè in illo scriptum est, Pedum ∞ ∞ C D. Typographi lineam, qua postrema litera dissecta est, lituram esse credentes, ut arbitror, literam totam, tanquam à me deletam, reliquerunt, falsumq; numerum pedum posuerunt. neq; hoc tantum hoc loco fecere, sed in III. etiam libro in eadem re lapsi sunt, quò facilius quid eos deceperit suspicari potui. Ita enim ille quoque locus legi debet, ¹⁸⁶. Longum

gum P. DCCCCL. Non solum autem hanc notam in
 fidelissimo Varronis codice, sed in alijs etiam priscis mo-
 nimentis inueni: ut Romæ in uetere lapide, qui laudes
 Dioclis agitatoris exculptas habet. Est autem in uolumi-
 ne Epigram. ant. urb. ¹⁷ exscriptus. Duo igitur hi loci
 corrigendi, nec sedulitas mea, studiumq; renouandæ uetu-
 statis reprehendendum: quamuis res hic aliorum culpa
 malè cesserit.

Sin cogare secundum flumen ædificare, curan- 95
 dum, ne aduersum eum ponas. Ita habent antiqui li-
 bri: quæ si recipitur lectio, respondit M. Varro alio ge-
 nere, ac supra usus fuerat flumini: nam magis usitatè di-
 xisset, id, non eum, tanquam si fluuium, aut amnem
 antea posuisset. Sententia sanè idonea est. Idem etiam si-
 gnificare uolens Plinius, inquit, neque iuxta paludem po-
 nendam esse, neque aduerso amne. In peruulgata lectio-
 nem esse facile omnes, qui attentè perspicient, uide-
 bunt: nam & rei ipsi, & ijs, quæ supra tradiderat Var-
 ro, sententia ipsius repugnat: dixerat enim, uillam ad ex-
 ortus æquinoctiales aptissimam esse: Eurum autem ab or-
 tu solis flare quis nescit? uentosq; qui inde spirant salu-
 berrimos esse. In 11. etiam libro Geoponicon Didymi no-
 mine hæc leguntur: $\alpha \delta \delta \pi \alpha \rho \chi \eta \mu \alpha \tau \eta \varsigma \omicron \iota \kappa \iota \alpha \varsigma \pi \rho \delta \varsigma \alpha \nu \alpha \nu \tau \alpha \varsigma$
 $\pi \omega \iota \eta \tau \iota \rho \iota \varsigma \kappa \alpha \iota \tau \alpha \varsigma \theta \upsilon \rho \alpha \varsigma \text{:} \omicron \iota \gamma \alpha \rho \alpha \nu \tau \omicron \tau \omicron \nu \tau \omega \nu \alpha \nu \epsilon \mu$
 $\mu \omicron \iota \pi \nu \epsilon \omicron \nu \tau \omicron \nu \tau \omicron \varsigma, \upsilon \mu \epsilon \nu \omicron \tau \omicron \nu \tau \omicron \rho \omicron \iota.$

Fructus, ut est uinum, &c. Totum locum ad ue- 96
 terem lectionem reduximus.

Se quiete recipere. Antiqua hæc lectio: quæ, ut 96
 arbitror, multò elegantior est illa, quam deiecimus. Re-
 ciperare, reficere hic significat.

Quod enim inferitur recens minus bonum, 97

Longè diuersa prisca lectio, uel potius totus locus in antiquis inquinatus : eam notam faciemus, si fortè ex ijs ue-
stigijs restitui locus possit : quis enim scit, an communis hæc, & peruulgata ex ingenio reposita sit, quod sæpe in his libris factum animaduertimus. Quod enim quam recens, quod confacuit melius. Ita in melioribus : nam in semiuetere pro confacuit, conflacuit, legimus : cætera eadem erant.

97 Et pauimento procliu in lacum, quod sæpe, &c. Antiqua hæc lectio : nam quæ in medio plura uerba posita erant, in nullis à nobis manu scriptis inuenta sunt : ea declaratione alicuius fuisse arbitramur : quod tamen uerbis illis declaratur, sine ipsis intelligi pulchrè posse manifestum est.

98 Prætereuntis lasciui non metuet facem ardentem. Verbum uiatoris, quod ante uocem prætereuntis erat, inde sustulimus : nam in ueteribus libris à nobis inuentum nõ est, & hic positum nimis otiosum foret : nam sine illo Prætereuntis idem significat. libro v i. de lingua Latina M. Varro : Et ideo secundum uiam, quò prætereuntis admoneant, & se fuisse, & illos esse mortales.

99 Ne familiæ rixentur cum uicinis. In excusis omnibus, & manu scriptis ita legi : uerum si Nonium autem aliter locus legi debet : affirmat enim ille, M. Varronem hic Rixent, scripsisse : cum enim de contrarijs generibus uerborum differeret, docuit, Rixat, pro Rixatur, à ueteribus positum fuisse : pluresq; locos Varronis, ut hoc probaret, ad testimonium uocauit : postremus autem hic est, Ne familiæ rixent cum uicinis. Quamuis enim in excusis De rerum natura libro primo, scriptum sit : lapsus hic fuit librarij, & Rerum rusticarum libro primo, manifestò

manifesto legi debet : nam ita sepe in inscriptionibus librorum, & alijs etiam partibus apud Nonium peccatum est, ut huiusmodi menda minimè perturbare nos debeant.

Quod ubi id pote, ut ibi: quod est campus, nulla potior. Ita habent antiqui libri, quam ueram esse lectionem puto, & si diligens librarius mendosam putauit, ad eamq; notam adposuit : potest tamen fieri, ut falso eam suspectam habuerit : duriuscula sanè locutio, quales non pauca sunt huius auctoris : sententiam tamen & plenam, & bonam habet : nam Pote, appellasse sepe ueteres, quod posteriores Possibile dixerunt, satis planum est.

Ac colit aliquot corbulas uuarum. Apud Nonium, qui hunc locum adducit, Cogit, legitur : mendosè tamen, ut puto : nullus enim liber tot mendis scatet, quot Nonius.

Vt quercus, sic iuglandes, &c. Ita ex ingenio emendauit, spero sanè castigationem hanc studiosis uiris probatum iri, uolui tamen pusillum licentiæ, quo usus sueram, aperire : Nam in antiquissimo, & optimo libro Iugulandes, scriptum obseruauit, ut in illo etiam loco in eodem hoc libro, Nuces iugulandes in harena.

Quos obæratos nostri uocitarunt. In manus scriptis, Obæratios, mendosè tamen, ut puto : itaque receptam lectionem conseruauit, libro VII. de lingua Latina, ut ab ære obæratus.

Et more incolarum è nouitijs requisito. Corruptissimus locus in antiquis exemplaribus, & quæ in illis leguntur, non parum ab his diuersa sunt. Omnibus ingenij uiribus contendit, ex priscis uestigijs ueram lectionem indagare, nec quicquam tamen profeci : sagacioris ingenij alij, quod adipisci non potui, fortasse consequentur. Ve-

tus lectio, Et in eo eorum è nouitijs reliquifitio ad priorem, &c.

101 Facilius enim his, quàm minoribus natu. Veteres libri hac parte perturbati, & fortasse uitiosi: Facilius enim ñ, quàm minore, &c. nisi, Ei quàm minori, legendum sit: quod tamen durum esset: antea enim numero multitudinis de uillicis locutus fuerat, & id statim etiam fecit. Præterea infra, ubi de operarijs sermo est, unitatis numero in illis legitur, Imitetur: & Animaduertat. ubi autem de his, qui præsumunt non multò post, Illis, & Coërceant. contra ac in impressis: quæ nos omnia reliquimus, & tamen adnotare uoluimus.

102 Ad inñciendum uoluptatem. Idem de hoc loco dicere possum, quod de proximo superiore. Vetus lectio: Iniciendum uoluptatem præfectorum honore aliquo habèdo, & de operarijs, qui præstabunt alios. Fortasse pro Voluptatem, Voluntatem legendum est: has enim uoces sæpe imperiti librarij confundebant, ut in Quintiliano quoque libro VIII. (ita enim arbitror locum illum legendum) Quæ corrumpi speciosissimi hominis tam obuia uoluntate non posset. Et in Lucretio: nam sic locus deprauatus in II. libro restitui debet:

Libera per terras, unde hæc animantibus extat,

Vnde est hæc, inquam, fatis auulsa uoluntas?

Per quam progredimur, quò ducit quenq; uoluptas. Eadem igitur hic quoque uoces inter se locum commutauerant, & in cunctis impressis libris uitium antea erat: quod sententiam per se parum planam, magis etiam obscurabat. Agit enim summæ eloquentiæ, & artis Poëta, de declinatione Atomorum, qua Epicurus sempiternum motum interruperat, & animis hominum libertatem acqui-

siuer

fuera. Voluntatem hinc liberam appellat Lucretius, quod
 Graeci & ἰσχύσιος uocant, per quam Fati necessitatem, &
 perpetuam illam causarum seriem refellit. Cum enim ho-
 mines illuc se ferre possint, quò animus inclinatur, atq; inde
 discedere, unde idem auertit: omnis illa uis fatalis inanis
 esse intelligitur. Plurimis autem de causis, ac pro maxi-
 marum rerum introductione, declinationem hanc exco-
 gitauit Epicurus: non minimum, ut improbis, ac facino-
 rosis hominibus facilem sui purgandi rationem eriperet:
 illuc enim omnes confugere consueuerunt, & suorum fla-
 gitiorum culpam in Fatum reijciunt: quòd sibi necessita-
 tem peccandi impositam esse dicant, nec se ullo pacto pos-
 se contra fatis leges repugnare. Veritus igitur ille, ne fa-
 cinoribus suis homines hoc pacto ueniam impetrarent,
 Fatum sustulit, & animos nostros liberos esse declarauit:
 quod Lucretius postremo uersu significauit:

Per quam progredimur, quò ducit quenq; uoluptas.
 Per quam, liberam scilicet uoluntatē, deserimur illuc, quò
 appetitio, & alicuius rei desiderium nos rapit.

Huius emendationis me admonuit Franciscus Medi-
 ces, iuuenis ingenio, doctrina, probitate insignis, & qui
 ad magnarum rerum, atque artium scientiam, adiunxit
 hanc quoque elegantissimi Poëtae cognitionem: nam eum
 accuratè legit, & unus omnium omnes ipsius sensus opti-
 mè percepit. Quod uerius me asserere posse arbitror, cum
 & ipse quoque in Lucretij lectione, ac Epicuri decretis
 mediocriter uersatus sim. De hac autem corporum indi-
 uiduorum motione, quam ἰσχύσιος Epicurus ap-
 pellabat, & Cicero in primo περὶ τειλών, & in libro de
 Fato copiose disseruit: & Plutarchus in commentario,
 quo ostendit Stoicos ea decreuisse, quae inter se non bene
 herer

hererent, ac uita etiam, factisq; eosdem à decretis suis dissentire. Et in illo sermone, quo disputantes ingeniosos uiros inducit, utrae animantes prudētiores, quae in terra ne, an quae in aqua degant. Necnon in alio etiam commentario, quem scripsit de ortu animi, à Platone exposito in Tim. eo. Quibus omnibus in locis Stoicos accusat, quod cum pusillam rem, tenuemq;, Atomum scilicet unam minimo loci spatio de uia exire, concedere Epicuro nolint, ut plurimae, atque utilissimae res fiant, ipsi absurda multa, ac hominibus incōmoda, molestaq; effingant. Quamuis enim Epicureis Plutarchus alijs temporibus non ualde æquus esset, ut qui tamen maiore odio aduersus Stoicos flagraret, rem quam non ualde probat, contra illos defendit, ac multo tolerabiliorem, quàm cōmenta ipsorum esse tradit.

102 De familia: Cato dirigit. In antiquissimo libro, & hic, & alijs in locis, hoc uerbum E, in prima syllaba habet, quemadmodum sanè ueteres scribebant: cuius rei argumentum etiam est etymon, quod habet uerbum Derectarij: id autem in xlv. libro Pandectarum est, de extraordinarijs criminibus l. sacularios. Item qui derectarij appellantur: hoc est, hi, qui in aliena coenacula se dirigunt furandi animo, plus quàm fures puniendi sunt.

103 Ut si sit confragosus, &c. Antiqua lectio diuersa, Quod si confragosus, atq; arduis cliuis, receptam tamen retinui.

103 In agro Ligustico montano. In optimo, & antiquissimo codice nunquam Ligustico, sed aut Ligusco, aut Ligusto, hic Ligusco. In III. libro Ligusti, de bubus sermo est. In III. iterum Liguscos: Secundum Italiam contra montes Liguscos. Nihil in his tribus locis uariaui, priscam tamen scripturam notam facere uolui.

Querendum an Liguscos, ut Hetruscos uetusti scriptores dixerint.

In uinea iugerum C. asinorum iugum, asinum 104
molarium. Ex uetere scriptura locū restituimus, unum
tantum reliquimus: Molendarium enim pro Molarium,
uetustissimum exemplar habebat: apud Catonem tamen
Molarium: hunc enim ipsius locum exprinit. Asinos plo-
starios 11. asinum molarium. In semiuetere codice Mo-
lendarium, quo uerbo iuriscōsulti etiam usi sunt, & hæc
fortasse uera M. Varronis lectio: quamuis enim senten-
tias Catonis recitet, non tamen iisdem semper uerbis refert,
ut supra: Cato enim asinos plostarios 11. Varro asino-
rum iugum dixit.

Sed etiam qui non solum, &c. Lectionem eam re- 105
tinui, quam formis olim in hac urbe excusi libri habebant:
eandem enim in manu scriptis inueni, & in peruetusto in-
primis, cuius maxime auctoritatem sequor: nec me latet
Venetijs excusos ualde ab hac dissentire. Opinor autem
cum locus obscurus sit, & fortasse decurtatus, aliquem qui
corrigere uoluit, ut illi codices habent, ex ingenio resti-
tuisse. Cum multa autem illic, & addita, & immutata sint,
tam liberè mihi à prisca uestigijs discedendum non pu-
taui.

Nec non ita si incidit, ut sit uitandum. Antiquis- 105
simum, fidelissimumq; exemplar dissentit ab hac lectione,
quam & in aliquibus excusis, & in semiuetere etiam in-
ueni: non tamen, & ipsum mendo uacat, aut certam ali-
quam sententiam habet. Animaduertendum tamen, an ue-
re, germaneq; lectionis uestigia illa sint: nam hæc, quam
supra posui, non ualde delector: & eam etiam nonnulli,
nihil tamen melius adferentes, uariarunt. Est igitur hæc
optimi

optimi codicis lectio, Nec non tra si incidit, &c. ut autem nihil relinquam, quod possit studiosos adiuuare, uidentum est, an unius literæ immutatione ita legi debeat, Nec contra si incidit ut sit uitandum: hoc sensu, Quemadmodum ueterani boues è campestribus in montana loca non deducendi, ita contra è duris, & asperis locis non reformidandum in plana, & campestria deducere. Hoc enim à nostris etiam agricolis diligenter obseruari solet.

105 In furcas destitutas incluserit. Manu scripti omnes, quos uidi, ita habent: nam formis antea excusi Destinata, mendosè legunt. Nonius docet, Destitui uetustis scriptoribus significare etiam rursus statui, atque id exemplo Næuij gymnastico confirmat: In alto nauem iubet destitui anchoris. Et Cæcilij symbolo: Destituit omnes seruos ad mensam ante se. Videndum autem, an locus antiqui Poëtæ, qui adducitur à Cicerone in eruditissima epistola ad Pætum, eodem intellectu hoc uerbum habeat: Ita me destituit nudum. quod tamen non affirmo, ut de re ualde incerta, & obscura.

106 Et interdiu clausos dormire. Verba, quæ hæc in excusis olim sequebantur, in manu scriptis non leguntur: ea autem sunt, Cathena iunctos, ut soluti acriores fiant. Videndum igitur, an noua sint, & ab aliquo correctore, aut declaratore, addita.

106 Ut funes, restes, tegetes. Totum hunc locum Nonius adducit. Tegetes, inquit, à tegendo. Varro de re rustica libro 1. sic quæ fiunt de cannabi lino iunco, &c. Mendosè tamen apud eum, De cannabino iunco, legitur.

107 Vineaticæ opus esse sex, sirpiculæ V. Emendandum, Vineaticæ opus esse XL. Hæc enim summa apud

Catonem est: præterea in optimo exemplari huius lectio-
nis non parua uestigia remanent, Esse exi sirpiculæ.
E, enim litera inutiliter iterata est, & ex I, quod est post
X, faciendum L. ita erit XL. & cum Catonis summa
congruet.

Quæ cibi sunt maioris. In excusis antea libris, 108
Succi: in manu scriptis omnibus Ibi, scriptum inueni:
quare una addita litera, Cibi, castigauit. In semiuetere co-
dice post Maioris, Virtutis, additum erat: supra enim
neque Suci, neque Cibi habebat: quare ita locum supple-
uit, audacter tamen, & barbarè.

Cum nec dum siliculam cæpit. In cunctis manu 108
scriptis, Cùm dominus siliculam, inueni, quæ scri-
ptura uitium omnino habet: nec tamen temerè omnes ar-
bitror antiquos ab impressis dissentire.

Vnde utendo quid facias. Viendo, legi debere o= 108
stendit Nonius, qui uim huius uerbi declarans, auctoritate
M. Varronis utitur, & hunc ipsum locum adducit. Per-
uctustus igitur etiam codex hac parte mædosus, est in quo
Utendo, legitur. Sed aliud etiam, quod non minus pertur-
bat, in eo hic est: nam post utendo L. positum est: Vnde
utendo L. quid facias: & contra ea uerba in margine
mendi nota adposita. Hæc (fateor) me res multum torsit,
ac diu sollicitum habuit, nec aliquid quod probarem, un-
quam excogitare potui, antea ubi Licinius nomen in an-
tiquissimo L. tantum. ut ibi, Fructus solent disperire L. du-
bium enim, & c. Item de numero rusticorum: Tempesta-
ti, inertia, indulgentiæ L. horum neuter, & c. quod quam-
uis rationem non habeat, & culpa omnino librarij com-
missum sit (neque enim L. Lucilius significat) tamen tole-
rari potest: nam sermonem ab alio suscipi significat, hic
d locum

locum non habet. Hoc in alijs etiam locis inueni, que indicabo cum ad ea peruenero: neq; enim nunc magis turbare lectorem uolo.

X Desitis seminibus. Antiqui libri Desitis, receptam lectionem suspectam habeo: nondum tamen, quod libenter sequar, inuenio.

XI Neque propter eas adserunt uites. Vetus lectio, Neq; propter eos ut adserunt, &c. & paulo supra, Neque eos crescere. receptam lectionem retinui.

XII Et simul glæbis à sole per calefactis. Ita locum restitui, antea enim Cavis, mendosè in omnibus excusis legebatur: uetus lectio Clæbis. Qui obseruasset cum æ diphthongo glæba scribi debere (ita autem in priscis monumentis hæc dictio scripta est) nullo negotio potuit locum corrigere, nam C, & G, passim confundunt ueteres librarij. Præterea sententia multo elegantior niriificè confirmat hanc castigationem.

XIII Subtilius discretis temporibus. Antea, Descriptis. Mendum ortum, quia in antiquis Descretis, uetere orthographia scriptum est, ut in Derigo, Deuertor. Libro I I. in ijs uetustis codicibus: Ea partes habet nouem, descretas ter ternas. Ille enim locus, & ueteris scripture, & intellectus huius uerbi ualde accommodatum exemplum est.

XIV Putari in primis. Nihil uariaui: diuersi tamen hic sunt antiqui libri: In pratis, enim habent. Ingeniosiores uidebunt, an in recepta uitium sit: mihi sanè illa aliquantulum suspecta est.

XV Exta Deis cum dabant, porricere dicebant. Sic ex ingenio emendaui: antea enim Porrigere, corruptè legebatur. Veteres autem librarios has literas commu-

ture solitos, manifestum est. adnotavi in optimo exemplari Grates, & Alagriores, pro Crates, & Alacriores, scriptum esse: & contra Virculia, & Fricora, pro Virgulta, & Frigora. Porricere, exta dare, non Porrigere, antiqui in re diuina facienda uocabant: quod testimonio etiam Vergilij confirmari potest, qui in v. Aeneidos

-extiq; salsos

Porriciam in fluctus.

dixit: nam ita eum scripsisse, nobiles Grammatici ostendunt.

Quod si quæ folia amittere. Ita locum restituui, 112
rectè, ut opinor: ut autem facilius iudicari possit, ueterem lectionem, multum à peruulgata discrepantem, adponam: Quod si quæ folia mittere solent ante frondere inciperunt statim ad serendum idonea non sunt. Primam syllabam indefinito tempore addendam censui, & pro Mittere, Amittere scribendum, ut per, quæ folia amittere solent, intelligat quæ Græci appellant φυλλοβολῆντα. Animaduerti enim M. Varronem ita conuertere ex Theophrasto φυλλοβολῆς, Reliqua opera nostra non indigebant, nam integra erant: Sententia autem plana, ut eo restituto in antiqua scriptura, cætera recta sint: communis autem uitia perspiciantur.

Vites pampinari, sed à sciēte. Græci βλαστολεῖν 112
appellant. Theophrastus, quem etiā M. Varro expressit, πρῶτον μὴν καὶ μέγιστον ἔστιν ἡ κλάσις, Ἔς. δευτέρου δὲ καὶ τρίτου πᾶσι πύρω παραπλήσιον, βλαστολογία. καὶ γὰρ ἐν ταῦτα εἰδέναι τὰ πῶτα συμφέρει καὶ ἀπιπῆν καὶ τὰ πῶτα ἀφαιρῆν καὶ πρὸς τὸς ἐσθρὺς καρπὸς καὶ πρὸς τὸν ἔλην φύσιν.

Eiuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile. Vetus lectio. In excusis ante a libris Eui- 112
d 2 cidum.

cidum. Duo sunt loci apud auctorem hunc maculosi, ut opinor: hic, & alter in 11. libro, ubi differit de pastoribus: quorum si quis alterutrum emendarit, ambos emendarit: ille tamen, ut uidetur, deprauatior: ipse hunc etiam ualde suspectum habeo: cum ad eum peruenero, accuratius iterum de hac re disputabo: nam in superioribus uerbis mendum nullum esse puto. Fuerunt tamen, qui locum correctione indigere existimantes, multa uariarunt, atque id contra fidem prischorum codicum.

113 Ex in mutatis literis. Ita ex ingenio emēdaui, parua licentia usus: in excusis, Ex immutatis. Ex in respondet ad uerbis, quod ante posuerat, Primò. Hic etiam multa longe à uetere scriptura in quibusdam impressis libris uariata sunt.

113 Ex altera parte. Veteres libri hic perturbati: Receptam lectionem retinui, antiquam autem nunc notam faciam. Ex altera parte parit capreolum, is est colliculus uiteus intortus, ut cincinnus: is enim uitis quib. teneat: id qua serpit ad locum capiendum quo capiendo capreolus dictus.

113 Ocimum dictum à Græco uerbo ὀκίμος, quod ualet citò. Ita legi debere arbitror, & ita in ueteribus libris scriptum inueni: nam in antiquis quoque Plinij codicibus sic locus ille legitur, libro XVIII. capite XVI. Varro appellatum à celeritate proueniēdi à Græco, quod dicunt, oecos. Hic autem Varronis locus, quàm inquinatus sit, apud Noniū Marcellum facillè omnes uidere possunt. Ocimum, inquit, quod ocimum dicimus, Varro de re rustica libro primo.

113 Antequàm genat siliquas. In excusis Gerat, mendosè, in manuscriptis omnibus Genat, rectè. Hunc locum

cum deprauarunt, qui Geno, Latinum esse uerbum nesciebant, & à uetustissimis crebro usurpatum. Priscianus libro x. Gigno genui, pro quo Geno, uetustissimi protulerunt. Varro in Andabata: Sed quod hæc loca aliquid genuunt. cuius infinitum passuum Lucretius in IIII. protulit, - tanto magis inficiandum,

Totum posse extra corpus durare, geniq;

In libro quoque xxx. Pandectarum, De legatis, & fideicommissis. l. qui filiabus. sic locus ille legitur in Florentino exemplari: Si quis ita legauerit, si qua filia mihi genitur, ei hæres meus centum dato. Plurimis autem locis hoc uerbum apud Varronem temerè sublatum fuerat.

Id est pabuli segete. In antiquis libris, Id est fabuli segete. Nam sic etiam non multo ante in iisdem locis ille scriptus est, Et non nunquam fabulia: in excusis autem, Fabalia.

A quo quod indigent potu poma dicta esse possunt. Nonius Potui, hic à Varrone scriptum fuisse tradit, de numeris, & casibus, ^{14 14}. datiuus pro ablatiuo. Sisenna historiarum libro IIIII. Alij saltui, ac uelocitati certare. Varro de re rustica libro primo: A quo quod indigent potui poma dicta esse possunt. Communem lectionem conseruauit, quam etiam in antiquis libris reperiri. Habent autem illi hic etiam L. de quo supra locutus sum: quæ nota fortasse aliqua fuit, quales multas in antiquis libris ueteres ponebant: potuit etiam illa hanc nouam locutionem, quam adnotauit Nonius, indicare.

Quod ad ueterem orthographiam pertinet, duo hic admonere possumus: Resicari, & Sicari, hoc capite contra huius temporis consuetudinè in antiquis libris scriptum esse, quemadmodum etiam hoc ipso in libro, ubi de

mesionis generibus agit : Et manipulum, ut quæque sub-
 sicuerunt. & eodem loco, Ut stramentum medium subsi-
 cent. nam eandem rationem habet, quod (ubi de modis qui-
 bus metirentur rura agit) in peruetusto scriptum est : In
 subsiciuum esse unciam agri : pro, In subseciuum : & quod
 contrariam rationem habere uidetur, Sagenantur, pro
 Saginantur.

114 X L. die uix existant. Hæc est uetus lectio : antea
 in excusis, Exeant : quemadmodum sanè alibi quoque
 M. Varro locutus est, ut hoc ipso in libro : Primum ple-
 runque è terra exit hordeum diebus VII. Potuit tamen ora-
 tionem uelle uariare : nam Existere, præclare hoc etiam
 significare arbitror. Cicero de Diuinatione libro II. Ta-
 ges quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra ara-
 retur, & sulcus altius esset impressus, extitisse repente.

114 Terra ad ea obruenda puluinos fieri. Antiqui li-
 bri hac parte perturbati, quare communi lectione conser-
 uata, ueterem nunc notam faciam, si possit aliquam utilita-
 tem afferre : Terra adruenda puluinos, &c. Cetera
 hic restituta, ex iisdem libris sumpta sunt, & uitio carent.

115 Τετρακάδα alij. Hanc lectionem restitui è uetustis libris,
 in quibus sine ulla macula conseruata est : eam autem ue-
 ram esse, facile omnes intelligere possunt. Quæ Athenien-
 ses diem ^{ἑννῆς καὶ ἑξῆς} uocant, inquit Varro, alij Græci
 τετρακάδα uocant. Aristophanes lepidissimus Poëta in hac
 uoce iocatus est, in fabula quam ^{ἑννῆς καὶ ἑξῆς} inscripsit : ^{ἑννῆς καὶ ἑξῆς}
 ἑννῆς καὶ ἑξῆς. Interpres ipsius multa de omni
 hac re, & consuetudine Atheniensium enumerandi dies
 mensis exposuit. Quemadmodum autem apud Laërtium
 legimus, primus Solon τετρακάδα, ^{ἑννῆς καὶ ἑξῆς} appellauit.

115 Ní decrefcenti Luna tondens caluus fiam. An-
 tiqua

tiqua lectio restituta: nisi quòd uetere more scribendi illa Tondes caluos, habebat: sed n, sæpe relinquere solebant: ut, Prægnas, pro Prægnans: contra autem quandoq; addere: ut in Thesaurus. & Caluos, ut Equos, Auos, singulari numero, nominandi casu scriptum fuit.

Ad alia in præparando faciendi scrobes. Ita locum 116 restitui ex antiquis libris. sic etiã infra loquitur, Ad alia arandũ. nec multo post, Ad quædam bipalio uertenda terra. Deceperat librarios, quòd hic præpositio Ad, per t, scripta est, At: ut duobus etiam locis, qui consequuntur: magis tamen peccarunt, quòd Alia, hinc sustulerunt.

Faciendi scrobes. Scrobes, hinc Varro uirili genere 116 dixit, quemadmodum Nonius ueteres etiam alios fecisse ostendit, nam muliebri quoque genere uocabantur: ubi autem de hac re disseruit, inquit, Varro rusticarum rerum libro primo Scrobiculum dicit. Scrobiculum ὑποκροβισκῶς in his libris appellatum non memini me legisse: quare aut sub aliquo mendo hoc nomen in codicibus Varronis latet, aut memoria Nonij uacillauit.

Vsq; eò, ut Theophrastus scribat. Locus, quem 116 intelligit Varro, est in primo φυτῶν ἰσογίας ⁸. ἢ γὰρ ἐν τῷ λυκείῳ ἢ πλάτανῳ ἢ κείλῳ ἢ ὀχέτῳ ἐπὶ νεῖα ἢ περὶ τῆς ἢ τριάντων πύχης ἀφῆκεν.

Ita bubus, ac suibus. In antiquis libris Subus, ut 116 etiam illo loco 11. libri de suibus nemini ignotum: consuetudinem tamen nostri temporis retinui, & si scio doctos uiros huius ætatis hanc orthographiam probasse, & secutos esse.

Robusta aliqua materia. Antiqua hæc lectio: an= 117 tea Robustea. Cato: Arbores stipites robustas facito, aut pineas. A Robore igitur Robustus. Plinius hoc præ-

ceptum Varronis significauit, cum inquit libro xvii. capite ix. Palo è robore depacto fieri iubet.

117 Quæ transferuntur è terra in terram. Plura hîc erant uerba, quæ in antiquis non inueniuntur: nam quod in illis primum est uerbum, post ultimum à nobis adductum, Viuas radices, est: non Viuæ radices, ut in excusis. Locus obscuritatem non paruam in se habet, & fortasse lacer est: nam cum semina quatuor generum esse tradat, tria tantum genera hîc numerat. Persuasum autem mihi est, uerba quæ in impressis erant, auctoris non esse: nihil enim uideo Varronem addere, quod ad diuisionem eam pertineat, sed hanc 1111. generum partitionem sequi. Nonnulli negandi particulam adiunxerant improbè, nisi fallor, ac perperam: nam quæ transferuntur è terra in terram, genus seminis est, & nouellas stirpes sic appellat.

117 Quod est principium genendi. Hæc uera est lectio: in excusis eadem sententia, sed alio uerbo, Oriendi, legitur: manuscripti codices Cenendi, usitato errore, G, in C, commutandi. De hoc uerbo paulò antè copiosius differui: infra item, Ad genendum, emendaui: ubi eodem pacto antea peccatum fuerat.

117 Si sunt femina in aëre, ut ait Physicus Anaxagoras. Hæc omnia à Theophrasto traduntur 111. libro φυτῶν ἰσορίας²⁵. Ἀναξαγόρας μὲν εἶπε ἀέρα πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα, καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα ἕσθ' ἴσταν γενῶν τὰ φυτά. repetuntur etiã primo libro φυτῶν ἀπῶν²².

117 Vt cupressi: non enim galbuli, qui nascuntur, id est tanquam pilulæ paruæ. Sententia expressa è Theophrasto: illius enim hæc uerba sunt in primo libro φυτῶν ἀπῶν: καὶ δυσόρατα καὶ μικρὰ καὶ τὸ δένδρων ἔνια σπέρματα πυγλάνθ, καὶ ἀπὸ καὶ τῆς κυπαρίττος: ταύτης γὰρ ἔχει

ἄλλο ὁ καρπὸς σφαιροειδὴς ἐστίν, ἀλλὰ τὸ ἰγγινόμενον ἐν
τούτῳ λεπτόν, καὶ ἄσπερον πιτυώδες καὶ ἀμειννόν.

In sicco, & macro solo. Hic etiam locus à Theo- 118
phraſto translatus: hæc ipsius uerba sunt è primo libro
φυτῶν ἀΐων: Δεῖ ἢ καὶ πρὸς τὰς χώρας προσλαμβάνειν
τὰς οἰκείας ὕρας, καὶ πρὸς τὰς δένδρων φύσεις, ἐπεὶ τὰ
μὴ ἐνυθρα, τάδε ξηρὰ ἢ λεπτόγεα καὶ ἀμειννὸν τὸ ἔαρ:
οἰκείον γὰρ οὕτως διὰ τὸ ὀλίγον. ἔχειν τὸ ὑγρόν, ἐν δὲ τῇ
ἐνυθείᾳ ἢ πηλώδει τὸ μέσῳπυρον: τὸ γὰρ ἢ ῥο πολλὴ λίαν
ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν ἕως ἐπὶ διαμένει τὸ δακρυόν: ὁρί-
σται δὲ πνεὺς τῆτο τριάντηντα ἡμέρας.

Vernum tempus idoneum, quo minus habet 118
humoris. Hoc ordine in optimis exemplaribus hæc
uerba collocata sunt: in excusis antea, extrema quatuor
præcedebant, quod affirmare ausim fecisse aliquos qui cre-
derent, de uerno tempore dici, minus illud habere humo-
ris: id autem falsum esset, nam illa referuntur ad siccum,
& macrum solum, id enim uerè traditur habere minus
humoris. Præter antiquorum codicum fidem Theophra-
sti locus, supra à nobis adductus, docet illam esse eorum
sedem: nam ipse quoq; Theophrastus huius sententiæ au-
ctor hunc ordinem amauit.

Quod ex arbore per surculos &c. Communi le- 118
ctione conseruata ueterem scripturam omnibus adponam:
perturbatam illam quidem, & maculosam, quæ tamen
fortasse opem adferre possit ad ueriores indagandas:
Quod ex arbore per surculos defertur in terram si
in humum demittitur in quibusdam cum est ui-
dedum &c.

Utea deplantes potius, quàm defringas. Ver- 118
gilius in eadem re exponenda hoc uerbo usus est:



—Aut summa defringe ex arbore plantas.

Acceptit autem illud à doctissimo, & politissimo hoc scriptore, à quo omnia ferè præcepta, quæ in Georgicis suis tradidit, mutuatus est: nam multis locis præter sententias uerba etiam ab eo sumpsit. Hanc ego occasionem nactus, tertium ab hoc præceptum apud eum poëtam explicare uolo: est enim ualde obscurum, & docti quoque uiri in eo interpretando lapsi sunt:

—Nêue oleæ syluestres infere truncos.

Non enim Truncos, surculos appellat, id enim nimis durum esset: Sed περιττοσάνκων syluestres truncos, Oleastros uocat, docetq; magnopere peccare illos, qui Oleastros inserant: cuius rei causam reddit copiosè. Syluestris Pyrus, aliæq; feræ arbores rectè inseruntur: sunt enim ab hoc periculo, cui obnoxia sunt Oleæ, uacua. Oleastrum tanto labore excolere nimis periculosum est, propter casus incendij: quòd si Oliuetum incendio absumptum fuerit, quòd hoc uitio non laboret, id damnum tempus reparare consueuit: uiuax enim arbor Olea, & non facile tota interimitur, pullulat enim è radicibus, & rursus syluam conficit: nam in Oleastro etiam insita Olea fruticatur: Sed in syluestri arbore natae stirpes, & ipsæ syluestres sunt, atq; ita nullum fructum agricolæ gignere possunt: quod satis planè in extrema parte declarauit poëta, nam inquit:

Infelix superat folijs Oleaster amaris.

Hoc præceptum utile esse experimentum nobis demonstrauit: nam cum suburbani nostri agri longo bello uastati essent, & omnes arbores excisæ, Oleæ reuixerunt, & non multis annis post aliquos fructus dominis ferre cœperunt: taleis enim apud nos ferè scrobes feruntur.

Quòd

Quòd si Oleastris insitis consiti hi agri fuissent, damnum acceptum tempore instaurari non potuisset. Hanc sententiam Vergilij fuisse, existimasse Seruium, manifestum est: inquit enim, Non quòd non prosit, sed propter casum incendij. Nonnulli hoc periculum non cogitantes, aut non reformidantes studiosè Oleastros inserabant: *ἰσχυρὰς* autem, ut Pollux docet, illæ appellabantur. nam Oleastri firmius suis radicibus terræ hærent, & succum, alimentumque uberius ducunt, unde speciosior arbor fit. Theophrastus hoc solere nonnullos accuratè his de causis præcipere, in primo libro *φυτῶν ἀπὸ τῶν* docet. Quare accuratius Poëta noster, ut hunc errorem alijs eriperet, de hac re disseruit: nam qui in Olea ex Oleastro surculos insereret, frustra laboraret, nec ex suo studio fructum aliquem caperet: hoc enim etiam addit Theophrastus, *ἵπαι ἂν γὰρ ἀνάπαυρ τὸ ἀχρῖον ἔς τὸ ἡμερὸν ἐμβάλλοι, διαφορὰν μὲν πρὸς πωήσῃ, καλλιγερτῆρ δὲ ὕχ' ἔξει.*

Demum in oleaginis seminib. Nihil hic uariæ, diuersi tamen sunt antiqui codices, & locus fortasse uitij aliquid habet: pro Demum, igitur in illis Dum: ac non multo post, ubi in impressis, Alij clauolas: in iisdem, Alijs clauolas. Fortasse, Alij sclauolas, legendum est. A Nonio hic locus adducitur: Taleas scissionses lignorum, uel prafegnina Varro dicit de re rustica libro primo &c. Hæc uerba ita apud eum leguntur, Quas alij clabulas, alij taleas appellant.

Quod inseritur caniculæ signo commodissimè. Vetus lectio, Qui fit caniculæ &c. Totum autem caput è Theophrasto translatum, libro primo *φυτῶν*

ἰσορίας ¹²³ τὸ δ' ὕδωρ τῷ μὲν ἐνοφθαλμισμῷ πολέμιον·
ἐκώηθη γὰρ καὶ ἀπόλλυσι παραρρήϊον διὰ τὴν ἀδίνειαν : διὸ
καὶ ὁ κωὶ δοκεῖ ἀσφαλέστατον εἶναι.

119 *Vas aliquod supra alligant. Theophrastus* οἱ δὲ
χύτραν προσβάλλουσι ὕδατος, ὥστε κατὰ μικρὸν ἐπιρ-
ῆν. &c.

119 *Vt non denudes medullam.* ὥστε μὴ γυμνοῦν τὴν
μήτραν.

119 *Itaque uitem triduo ante &c. Theophrastus* ¹²⁴.
διὸ καὶ τὴν ἀμπέλιν προαποσίμουσι ἡμέρας τρισὶ πρότε-
ρον, ὅπως προαπορῆῃ τὸ δάκρυον. In excusis sanè Theo-
phraستي codicibus ἡμέρας πρὸ μένδοσεν: ut Varronis con-
firmatione cognoscimus.

120 *Contra in fico, & malo punica &c.* ῥόα δὲ καὶ
συκῆ καὶ ὅσα πύτων ἐστὶ ξηρότερα, παραχρῆμα.

120 *Propter foemineam mollitiam. Ita habent anti-*
qui libri: non Mollitiam, ut in excusis. Cicero in Parti-
tionibus, Et lenitatem mollitia animi. Hic etiam locus
totus è Theophrasto est translatus. Φανερώς δὲ καὶ ὁ
τῶν ἄλλων σώων πῦτο συμβᾶνον καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀνθρώ-
πων: ἐνοσξέστερα γὰρ τὰ θήλια τῶν ἀρρήϊων, ὑγρότερα καὶ
μανότερα τὰ φύσιν ὄντα. δὴλεν δὲ ὅτι καὶ ἐπὶ αὐτῶν τῶν
ἀνθρώπων ῥόα μὲν καὶ συκῆ καὶ ἀμπέλῳ ἐναξῆ, φοῖνιξ δὲ καὶ
κυπάριτῳ καὶ δάφνῃ καὶ πεύκῃ καὶ ἐλαίᾳ, λυσσαξῆ.

120 *De medica in primis obserues. Prima duo uerba*
in nullis antiquioribus sunt: manu scripti proximis tem-
poribus tanquam inscriptionem capituli illa habebant:
nam, ut antea ostendi, ante singulos libros, de quibus re-
bus illic ageretur, adnotatum erat, nec postea in partibus
ipsis aliquid adscriptum: secundi autem, ac tertij libri
inscriptiones perierunt: quare ex indice illo intelligi olim
potuit,

potuit, medicæ hîc disciplinam tractari. Quòd si titulos ueteres Varronis haberemus, sine ulla necessitate huc inculcata esse hæc uerba cognosceremus. Quanquam alia etiam ratione, de qua post disputabo, si in manu scriptis codicibus inuenirentur, hic rectè collocata esse possent.

Quemadmodum scilicet cum pabulum. Pro 120
scilicet, in manu scriptis codicibus est nota illa, de qua bis antea locutus sum, quæ quid significet, non dum percepi:
Quemadmodum L. cum pabulum.

Et in Africa ad Byzacium. Sic habent antiqui libri, non ut ante excusi omnes Byrachium. Plinius libro 122
xvii. cap. v. cum inquit, Contra in Byzantio Africae illum centena, & quinquagena fruge fertilem campum &c. Eundem locum aut oppidum, de quo hic loquitur Varro, intellexit: mendum tamen in ea uoce est.

Quæ nata sunt inquit. Ante hæc uerba in excusis, 122
Licinius: in uetustissimis libris, Ille: infra post Prægnantia, eadem illa litera, quæ nobis sæpe molesta est: antiqua enim lectio hæc, Prægnantia L. cum sunt. Præterea ad hunc locum in margine optimi exemplaris mendi nota adposita.

Aëre frigidiore tinguntur. Manu scripti libri sic 122
habent: Excusi uerò, Ringuntur: neutra lectio satis plana: nec enim siue hoc, siue illo modo legas, uerba hæc inter se diuersa, quod plerunq; consueuerunt, significare uidentur: Fortasse, Tanguntur, legi debet: id est, feriuntur, cadunturq;: hoc enim uerbo iniuriam frigoris significauit in 11. libro, cum de pecoris sanitate loqueretur, & iniicitur aliquid, ne frigus cadat. Sententia huius loci ualde aperta, & è Theophrasti primo libro expressa: ubi enim quærit, an simul fruticentur supernæ infernæq;
stirp

stirpium partes, de his omnibus rebus plenius, uberiusq;
 differit: ὅτι τὰ μὲν ἄνω κωλύεται διὰ τὸν ποδὶξ αἶρα ἴν-
 χὸν ὄντα. Nam prior etiam pars huius sententiae ab eod-
 em accepta, τὰς μὲν ῥίζας ἀνεξένειναι μετωπώρου καὶ χα-
 μῶν. Quae infra etiam Varro tradidit, inde quoque
 sumpsit: Nam prius radices &c. ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῆρ ῥί-
 ζαυ πρώτερον ἢ τὸν βλαστὸν ἀφίεναι πάντα. Nec non quod
 sequitur, Neq; radices longius &c. ἔκ ἑς πλεον κατα-
 λαμβάνουσα βάθ' ἢ ὃ ἥλι' ἀφικνεῖται. πλήρ' ἐάνωρου τὸ
 π' ἐνδοθ' ἢ. Quo loco animaduertendum, quam ele-
 ganter haec extrema uerba reddiderit. Varro quod alia
 terra alia facilius uiam dat.

222 Quod ex quibusdam folijs propter eorum uera
 suram. Locus translatus à Theophrasto, Illius enim haec
 uerba sunt in primo φυτῶν ἱστορίας: Ἰδὸν ὃ καὶ τὸ τῆ ἰλιάφ
 καὶ τὸ τῆ φιλλύρα καὶ τῆ πηλίας: καὶ τῆ λευκῆ συμβαίνον. εἰ-
 φηρ γὰρ οὐκ ἔστι τὰ ὑπὲρ μετὰ τροπὰς θερινὰς καὶ τούτῳ
 γνωρίζουσι ὅτι γυμνήσῃα τροπαί. In 11. etiam libro φυ-
 τῶν αὐτῶν ¹⁵⁶. non tamen easdem omnes quas Theo-
 phrastus, appellat M. Varro: nam pro Tilia, & Ulmo,
 quas retulit Graecus auctor, noster Salicem ponit. Plinius
 easdem quas Theophrastus nominauit. Illud hic admo-
 nere uisum est, recentiores omnes in magno errore uer-
 satos, qui crediderunt, duo esse Solstitia, & alterum
 Aestiuum, alterum Hybernum appellari: cum ueteres cun-
 cti boni auctores Solstitium, quemadmodum hic facit
 Varro, τροπὰς θερινὰς solū uocent. τροπὰς autem χα-
 μῆρινὰς Brumam. Lucretius, Vergilius, M. Varro, Ci-
 cero, Plinius hoc semper obseruarunt. Cur tantum con-
 sensum optimorum scriptorum Columella reliquerit, non
 uideo

uidro: ille enim solus (quod sciam) Aestiuum solstitium, & Solstitia, numero multitudinis utrasque *ἑσπέρια* appellat. Seruius etiam Vergilij interpres hoc non animaduertit, & huius rei ignorantia turpiter lapsus est in illius loci declaratione, Humida solstitia. Quamuis enim numero multitudinis loquatur Poëta, non debet existimari duo esse Solstitia uoluisse: sed auctor fuit agricolis, ut uotis illud anni tempus singulis annis humidum poscerent: quod si impetrarunt à Dijs immortalibus, magnos fructus ex agricultura esse capturos. Possent hoc plurimis optimorum scriptorum testimonijs comprobare: rem tamen indicasse, ut arbitror, satis fuit: exempla unicuique nunc qui accuratè leget, occurrent.

Ea quæ mutilata non est. Antea hic, Mutica: 123
 Vetustissimum exemplar, Mutilata: Vna detracta
 littera Mutilata emendauit, quam ueriores puto esse
 lectionem, & ex prisca uestigijs, & ex sententia etiam
 ipsa. Sed hanc ipsam, quam me restituisse dico, in Gal-
 licano etiam codice sine ullo uitio inueni. Spica enim
 mutica, ut ipse docet, est quæ non habet aristas: po-
 test tamen non omnia illa tria habere, nec arista care-
 re: ut cum ad integrum spica non peruenit, nec gra-
 na perfecta habet: ea autem rectè, cum aliquo trium
 illorum caret, Mutilata diceretur. Cicero Mutilatum uo-
 cat exercitum, malè acceptum in prælio, & qui inte-
 grum militum numerum non haberet.

Latet conditum gladium. Vetus hæc est lectio, 123
 quam restitui. Neutro genere ab antiquis Gladium ap-
 pellatum esse, Nonius docet, & exemplo Lucilij confir-
 mat.

mat. Idem etiam Quintilianus ostendit, cuius hæc sunt uerba è primo libro: Et gladia qui dixerunt, genere exciderunt. Sed etiam ipse M. Varro huius rei testis est in 1 x. libro de lingua Latina: Quod dicitur à multis duobus modis, hic Dupondius, & hoc Dupondium: ut hoc Gladium, & hic Gladius.

123 Verùm cùm de nutritatu conticuisset Lici-
nus &c. Vetustissimus ac fidelissimus Codex, quem
multi manu scripti sequuntur, ita habet, Conticuisset,
nec interrogaretur de nutritatu, credens nihil de-
siderari. dicam inquit de fructibus. Minoris ue-
tustatis liber, à Gallo homine scriptus, communem le-
ctionem habet.

124 Ac quasi herba tuberosum reliquerunt cam-
pum. Pro herba excusi alij Barba, mendosè habe-
bant, in alijs uox illa planè defecerat. Reposui ex anti-
quis libris, Herba. Paulo item supra pro Fœnifecæ,
Fænifeces: nam Fœnifex ueteres etiam dixisse pla-
num est.

124 In ijs quæ metimur. In excusis antea Metuntur:
manu scripti omnes habent, Metimur: quam lectionem
postquam in optimis libris inueni, non improbo. M. Var-
ro in 1 x. de lingua Latina libro, eodem pacto locutus est:
Et cùm item ea quæ metimur, atque ea quæ numeramus
dici putent oportere, &c. Messis uocabulum Varro uult
declinatum esse à uerbo Metior, quod significat mensu-
ro: camq; propriè dici in his, quæ mensurant homines,
quamuis de alijs etiam, quæ non mensurantur, dici solet:
id tamen impropriè fit. Metior mensum facere apertum
est, à quo Varro Messem factam uult: id enim est decli-
nari, ut Lectio etiam ab Lego declinari ab eo dicitur: nam
quod

quod inquit, Messem maxime in frumento esse, adiuvat, nisi fallor, ueterem scripturam: hoc enim uerbo uti consueuerant. in Verrem: Coge ut ad aquam tibi id, quod summi iuris est, Ennenses frumentum metiantur.

Maxime si est argilla, ne æstu peminosa. *Vetus* 125
 hæc lectio, quam imperiti & audaces sustulerunt, pessimo consilio, quo consueuerunt, quæcunque non intelligunt, commutare: eam in cunctis manu scriptis inueni. Obsoletum nunc hoc uerbum est: Nonius uim eius exponit, & unde deriuatum sit, docet, atq; hunc ipsum Varronis locum adducit. Apud Nonium Situ, pro Aestu, legitur: in reliquis illi cum Varrone conuenit: & id quoque culpa librarij commissum puto.

Ea enim herbarum est inimica. *Postrema duo* 125
 uerba in manu scriptis non inueniuntur, sed pro illis, De amurca, scriptum est: quid mei iudicij sit exponam. De amurca, declarationem olim cuiuspiam fuisse puto, qui amurcæ hic à Varrone mentionem fieri in margine sui libri adnotarit: eam autem temerè postea ab imperitis librarijs huc inculcatam. Ad locum autem purgandum, satis fortasse est, duo illa uerba tollere, nec necessarium pro illis aliquid reponere, sententia enim nullo adiuncto uerbo plena, & absoluta est. Ea enim herbarum, & formicarum, & talparum uenenum. Nihil tamen certi de hac re statui potest: nam cum antè etiam eodem modo loquendi usus sit, nunc altera harum uocum ad rem exponendam contentus fuit, nunc ambas coniunxit, quas hic in excusis codicibus habemus. Talpas autem magna incommoda afferre solere agris, Theophylactus etiam docuit in epistola, quam à rustico homine scriptam fingit,

τι δὲ τὰ πρὸς τῶν ἀπαράδεκων λέγουμι. φοβερόν γάρ ἐστι

καὶ τὸ κακὸν καὶ δυσανταχάτιστον τὸ πολέμιον.

125 Ac tribulo id fit. Locus hic ad testimonium uocatur à Nonio, cum probare uult, ueteres scriptores non solum muliebri genere Tribulas appellasse, sed etiam neutro: Inquinatus autem apud eum nunc est, ita tamen emendandus: nam in manu scriptis, ut in excusis Varronis libris, eodem pacto legitur. Quomodo autem muliebri genere Vergilium usum hoc uerbo Nonius dicat, querendum: nam in omnibus nunc libris, Tribulaq; trahæq; legitur: quo exemplo ille utitur.

125 Euannatur foras extra aream. Peruetustum exemplar Euannatur, habet. Hic etiam locus adducitur à Nonio, apud quem, ut in excusis Varronis libris, rectè legitur. Euannetur, inquit Nonius, dictum est uentiletur uel moueatur, à uanno, in qua legumina uentilantur &c. Vannum autem in Rustico carmine appellasse Vergilium notum omnibus est, qui tamen dum agricolarum instrumentum hoc esse traderet, docuit in alio etiam usu illud haberi solitum: & in rebus diuinis, maximè Liberi patris, frequens esse consueuisse: eruditissimus enim poëta quod ipse sciebat, alijs quoque ἐπιπέρας notum esse uoluit. Intelligit autem, ut opinor, uannum quod λίκνον Græci uocant, instrumentum ad cuncta penè sacrificia idoneum, ut ueteres Grammatici tradunt: unde qui illud gerebat in sacris λίκνοφόρος uocabatur. Plutarchus in Alexandro, cum de Olympiade ipsius matre loqueretur, quæ Bacchi superstitionibus addicta esset, & Menadum more dracones etiam alearet, inquit de illis loquens, οἱ πόμοι ἐκ τοῦ κίστου καὶ τῶν μουσικῶν λίκνων παρακαλούμενοι καὶ περιελιττόμενοι τοῖς θύρασι τῶν γυναικῶν καὶ τοῖς τεράνοις ἐξέλκνται τοῖς

nos *av* *spas*. Nam Vergilius etiam *Mysticum uannum*,
ut ille, *Mystica licna*, uocauit.

Ita *lectius* defertur. Ita scriptum in omnibus an- 126
tiquis libris inueni: emendarunt ex ingenio nonnulli, ut
opinor, *Lectæ ius*.

Cum expressum circumcisurum appellat. In manu 126
scriptis una syllaba productius uerbu, *Circumcisurum*.

Quæ cum digitalis. Optimum exemplar Digi- 126
tabulis. Est in eo aliud etiam quod explicare non pos-
sum, L. inquam, sic enim habet: Quæ digitis nudis
laudabilior L. quàm illa quæ cum digitabulis.
Et sanè totus mihi locus uehementer suspectus: nam Lau-
dabilior hic cum supra *Melior* posuisset, non ualde neces-
saria uox uidebatur.

Durities enim eorum quod non solùm strin- 126
git &c. Locum hunc ualde mendosum habemus in codi-
cibus Nonianis: ab eo enim adducitur in dictione *Stringe-
re*. Varro de re rustica libro 11. Quod non solum celeri-
ter præterire stringere uacant, sed etiam te transglubit.
In excusis M. Varronis codicibus, Quod, non erat: in o-
ptimo tamen ac uetustissimo, eodem loco positum inueni-
tur. Duo illa, quæ apud Nonium sunt uerba, *Celeriter
præterire*, unde fluxerint nescio: apud Varronem certè,
nec in impressis, nec in manu scriptis eorum uestigium ul-
lum: nam *Vacant*, ex *Vacam* factum esse affirmarim:
in eodem enim fidelissimo codice per u, id uerbum & hic,
& alijs multis locis scriptum est. Extremæ etiã dictiones
huius loci apud Nonium deprauatæ, quæ in cunctis manu
scriptis Varronis libris eodem pacto leguntur.

De ramulo plantam. Ita habent manu scripti codi- 127
ces, non *Partem*, ut excusi. Vergilius idem etiam *Plan-*

tam, ut opinor, appellauit:

—Nec summa defringe ex arbore plantas.

Ambo autem plantas uocarunt, quas Theophrastus θαλαείας, nam ab eo scriptore hic quoque locus sumptus est, Libro primo φυτῶν αἰπιῶν: Καὶ ἅμα ῥαβδίζομένη πονία καὶ κατακεκομμένη τὰς θαλαείας. ἐπεὶ καὶ ὅσοι γε μὴ οὕτω συλλέγουσιν ἀλλὰ καὶ ἀυθιμάτως αἰεὶ τῆς ἀπορρέουσας ἀποσειόντες ἐπιπροφῆρ φασὶ μάλλον.

127 Alia ad cibum eligitur. Maculam habet optimus codex. Lædatur, enim hic scriptum est. Quomodo ex uetere lectione locus corrigi debeat, si peruulgata mendum continet, docti uiri cogitabunt.

127 Itaque dominum & balneas, & gymnasium sequitur. Vetus hæc est lectio, quæ & elegans, & erudita uidetur: ut hic sensus horum uerborum sit: Cibis necessarium est, & balneis, & gymnasijs: nec sine oleo hæc manere possunt: sed ubi hæc sunt, oleum illic etiam necessarium est. Vnde qui tantas olei utilitates esse sciebat prudentissimus, ac fortissimus totius Græciæ uir, Epaminondas Thebanus, magnopere excanduit, cum magistratum gerens in rationibus relatis audiuit magnam uim olei absumptam esse. Quod cum mirarentur collega, causam reddidit sui doloris, docuitq; eum non ab angusto ipsius animo proficisci, quòd ingentes sumptus reformidaret: sed ægrè se ferre, tantum olei intra corpus receptum esse: nam in gymnasijs oleum, corporibusq; exercendis haberi solitum, nemo est qui nesciat. Vnde Strabo libro xiiii. docet, Beothum Tarsensem improbum ciuem, eundemq; malum poëtam, causam dixisse apud M. Antonium, quòd cum in patria uoluntate Antonij locum gymnasiarchæ teneret, fideiq; ipsius omnes
sump

sumptus gymnasij commisi essent, & alia multa, & oleum etiam surripuerat. Nec tamen negarim, posse ex communi lectione sensum elici, & eum quidem non insulsum: sed ueteri etiam locum esse, ostendere uolui.

Per serias, ac uasa olearia. Hic locus in manu scriptis codicibus ualde perturbatus est: Optimum exemplar ita habet, Per sēna ad uasa olearia ac trapetas quæ res molæ &c. In semiuetere alio, qui Galli hominis manu exaratus est, Seria: reliqua omnia ut in uetustissimo. Receptam lectionem conseruauī, priscam tamen omnibus adponere uolui. 127

Em, quin absūm. In excusis antea En, antiqui Libri Em, ut Medicæus codex in epistola Ciceronis ad Cæsarem dictatorem, Em hic est ille. Pronuntiata hæc sunt *Ἐμπνῆς*. 127

Quidam ipsum triticum conspergunt. Consuetudinem nostrorum temporum in hac re custodiui. Noluī tamen præterire quin ueterem Orthographiam notant facerem: Hic enim in optimo exemplari, Conspargant: & non multo post Aspargit, omnibus denique in locis ubi hoc uerbum est, apud Varronem, Catonem que in compositione, eandem uocalem primam literam habet, quam simplex: ut si à Quæro Disquæro fingas: quod uetustissimi etiam poëta protulisse dicuntur. Apud Catonem etiam in Decerpo id seruatum est illo loco, Tum acina de uuis miscellis decarpito. Potuissē infinitis locis hoc adnotare: semel tamen hoc, in illo perpetuò custoditum, indicare satis habui. 128

Aut absinthium, item huius generis alia. Quæ in medio erant uerba in nullo antiquo à nobis inuenta sunt. 128

ea autem abundare credimus.

128 Quas uocant siros. Ita scribendum hoc nomen, quod à Columella etiam usurpatur, & sanè in uetustissimo libro rectè scriptum est: in excusis tamen antea y psilon habebat in prima syllaba. Apud Græcos (Græca enim uox est) ferè habet s, nam Attici sine diphthongo protulerunt: Grammaticiq; tradunt, Siros esse ὄρνιθός τις ἐξ ἀπόθεσιν οἴτου ἢ καὶ ἄλλων ἀσθμαίων. In commentarijs Simplificij in 11. naturalis auscultationis, ubi de fortuna agit, mendosa hæc uox est: uerba magni illius doctoris hæc sunt: Καὶ γὰρ ὄρνιθός τις καὶ τὸ φτυγεῖσθαι χάρις καὶ τὸ θεμέλιον καταβαλεῖν καὶ ἕλωρ εὐραῖν καὶ διοχτεῖσθαι ἢ σπέρρον ἢ τάφορ ποιῆσαι.

128 Ventus regelare possit. Ita castigauit, in manu enim scriptis Regerare. Vnde etiam nonnulli antea Regirare fecerant: hanc tamen ueriores lectionem puto, quod etiã uerba, quæ supra restituta à me sunt, ostendunt.

128 Conditiuua mala struthea. Ante hæc uerba in uetustissimis libris De pomis, scriptum est: quod aut inscriptionem fuisse arbitror, quæ ostenderet, de quo hîc ageretur: aut ea ratione dictum esse, quæ nō multo post declarabo. Hic paulo infra Quiriniana. in antiquis non inueni, sed pro illa uoce Scandiana. Id autem culpa librarij factum puto, qui idem uerbum una tantum immutata litera, aut ne immutata quidem, iterauit: cum aut Quiriniana scribendum esset, aut statim ad orbiculata transeundum: Fieri enim potest, ut Quiriniana, ab emendatore aliquo huc inculcatum sit.

129 Pauimenta q; laudabiliter faciunt. In optimo codice, Pauimenta que L. laudabiliter faciunt, quo frigi

frigidius sit. Nam pro, Frigidior locus, quod in excusis erat, Frigidius, in cunctis antiquis inueni. Alij ex ingenio, ut puto, scripserant, Qui cameras marmorato, & parietes pauimentaq; inducunt laudabiliter &c. Nullum enim manu scriptum cum illis facere animaduerti.

Ut Romæ coëmpta poma. Ex horum hominum numero fuerat, qui confecit tetrastichum in custodem horum: cuius duo postremi uersiculi sunt,

Quæq; tibi posui tanquàm uernacula poma,

De sacra nulli dixeris esse uia.

Nam M. Varro antea hoc ipso in libro docuit poma uendi solita summa sacra uia.

In pensilibus iunctis. Veteres libri Vinctis: Qui-
dam emendarunt Iunctas.

Oleas esui optime. Ante hæc uerba in antiquissimo exemplari, De oliuitate, scriptum est: quod inscriptionem, titulumq; fuisse puto. Possunt tamè rectè in contextu sermonis huiuscemodi locutiones collocatæ esse, ut ita dicta sint, quemadmodum inquit Q. Cicero in epistola ad Tironem, De patrono, Marcus est adhibendus. Et hic ipse scriptor in 11. de equis loquens, De stirpe: magni interest qua sint. Et eodem capite, De medicinis: uel plurima sunt &c. Quod etiam confirmat Nonius, qui cum quid Oliuitas sit, declararet, & locum hunc Varronis adduceret, ita eum legit, ut in p ruetusto codice scriptum illum inueni. Non tamen omnino macula carent uerba Nonij, nam in excusis, de Rep. libro primo: pro, de re rustica libro primo legitur. duorum autem capitum uerba ab eo confusa fuisse uerisimile non est: hæc autem ille ponit: Non modò integra exini, sed etiam maiora, quàm
in arb

in arbore unquam pependerit. De Oliuitate Oleas esuū optimè condi scribit Cato: quare maior hinc etiam apud nos auctoritas antiquissimi exemplaris esse debet, in quo sermo Varronis, siue eorum quos de rebus rusticis differentes inducit, nunquam capitibus distinctus aut interruptus est.

130 Tam in dolijs condunt. Antea, In ollis: Veteres libri, In oleis: castigauī, In dolijs. ueruntamen quia parua licentia usus sum, si fortè deceptus essem, uolui totam rem indicare. Animaduerti alibi in optimo codice Doleis, pro Dolijs scriptum esse, ut in 111. ubi de gliribus loquitur, Cum positum est in doleis, fiunt pingues. Præterea oleum ac uinum in dolijs, non in ollis condi constat.

130 Ut ea in qua adiiciunt mustum. Vetustissimus liber, In qua adicitur L. mustum. Sæpe iam notam illam inueni, nec tamen adhuc quam uim illa habeat suspicari possum.

130 Promunt condita aut &c. In cunctis, quos uidi, manu scriptis, Primum condita, legi. Receptam lectionem conseruauī, hoc tamen studiosos literarum admonere non incommodum esse iudicauī.

130 Ut in pistrino pisatur, ac torreatur. Vetusta lectio. Apud Nonium, qui hunc locum adducit, legitur, Pisetur: Pisare frangere, uel tundere. Varro de re rustica libro primo: Promendum hyeme, ut in pistrino pisetur, ac torreatur.

130 Qui est humor aquatilis ac retrimentum. Peruētustus liber, Recrimentum, corruptè ut puto: Quia tamen aliquis Recrementū ex antiqua scriptura legi posse fō

se fortasse non incommodè existimaret, uolui illam notam
facere. Hoc ipso uerbo Varro etiam Prometheo libro 11.
ut apud Nonium legitur, usus est: Retrimenta cibi, quæ
exierunt per posticam uallem, feci. Intelligit autem quæ
respiris ueræ Græci appellant: Cicero Reliquias cibi ap=
pellauit, in re parum honesta non obscœna uoce usus. Re=
liquias etiam, nihil addens, quandoq; idem uocauit.

Quod est leuissimum, ac summum depletur. 130
Omnes manu scripti Deflatum, habent: quemadmo=
dum etiam primis temporibus excusi libri, ex quo intelli=
gitur ita ab nouis correctoribus locum castigatum fuisse.
In optimo omnium codice ita totus locus legitur, Diebus
x v. eo quod est leuissimum, ac summum deflatum.

Tunc decoquunt in ahenis. Totus locus in opti= 130
mo exemplari ita scriptus, Tum decocunt in ahenis:
leni lignis duas partes quaad regerunt. Alijs nunc
rebus relictis, quæ parum in illo diuersæ sunt, quomodo
illic, Leni lignis, scriptum sit, quærendum accuratè
puto.

Nec etiam cum processit, nisi prius, &c. Valde 130
diuersa uetusta lectio, & sanè extrema hæc pars libri ali=
quantulum inquinata: Neque etiam cum processet
ita ut sit, &c.

Antequàm accesserit annus. Totus hic locus ita 130
legitur in antiquis codicibus, Antequàm accesserunt
anniculum promitto.

Quæ dum maturescit, coacescat. In cunctis manu 131
scriptis Quod maturè coacescant.

Oleas albas, quas condideris nouas, sic celeriter 131
promas. Quidam formis excusi libri ita habent, in alijs

locus ualde uariatus : culpa tamen, ut puto, eorum qui id commiserunt : nimis enim licenter à uetere scriptura discessere. In optimis ab hac, quam hic adposuimus, hoc tantum mutatum inuenio, quòd Conderis, in illis, pro Condidideris, legitur: uerbo negligentia librarij imminuto. quòd si postremam literam aduerbij Sic, sustuleris, ac Si, feceris, puto locum satis purgatum esse.

Quam nequit in arbore ut inde promatur ad escam. Vetus lectio, Quam nequit in arbore quam mitescat.

132 Id nos molestè ferentes. Hæc erat peruulgata letitio, quæ si ueterem contra se non haberet, facile locum suum tueretur : nunc illa repugnans omnia confundit : in manu enim scriptis Non molestè ferentes legitur. Accommodata autem hic etiam uetus esse potest, & fortasse uerior est, Non molestè ferentes, scilicet, nos esse contentos : ita enim plenè sermoni liberti responsum fuerit. Pascebat enim ueniam sibi dari, quòd in magno patroni negotio occupatus, ad illos, ut debebat, non uenisset:

statim omni timore illo liberato, de infelici conditione hominum, quæ tot casibus exposita esset, loqui inter se cœperunt. Est tamen hic etiam illud, quod sæpe nos molestos habuit,

L. enim ante hanc
partem in con
textu

sermonis con
stituta est, præterea
mendi nota hic margine adposita.

IN M. V A R R O,

NIS, R E R V M R V-

S T I C A R V M

L I B R V M

I I.



COLONI ut ea quæ in agricul- 134
tura nascantur. Receptam lectionem
retinui, nunc ueterem hic adponam, quæ
à communi ualde diuersa est, pessime ta-
men & illa accepta: quod etiã diligens
librarius cognouit, notam enim mendi ad eam adposuit:
Coloni æquæ agricultura factum ut nascerentur
è terra contra pastoris ea, quæ nata ex pecore qua-
rum, &c. Statuent nunc studiosi, peruulgatæ ne lectio
probari debeat, an pro desperato hic locus haberi.

Qua de re pecuaria. Omnes, quos uidi, codices con- 134
sentiunt, quare temerè aliquid uariare hic nolui: nunc
quid suspicer me posse sine culpa proferre arbitror. Opi-
nor commutato ordine uerborum. Quare de pecuaria,
legi debere: nec tamen ita meam sententiam amo, ut non
doctiorum iudicia in hac re sequi malim.

Cum Mænates discessisset. Ante hunc locum in 134
optimo codice maioribus literis hæc uerba scripta sunt,
HIC INTERMISIMVS. In cunctis etiam alijs
manu scriptis ipsa inueni. Quid illis significare librarius
uoluerit, affirmare non ausim. Vereor ne aliquid hic de-
esse ostendant, nam initium mihi huius sermonis nimis
abruptum uidetur.

Cum peram fessum, Maculosus hic locus in anti- 135
quis

quis exemplaribus est, & in omnium optimo, nota adposita, damnatus. Receptam hinc etiam lectionem conseruauit: ueterem nunc, cuiusmodi illa est, studiosis exponam. Cum poetam se sum uisere uenissemus ne medici aduentus nos inredisset.

- 135 Qui estis epirotici pecuarii. Auxilio fidelissimi co-
dicis hic locus, turpiter in excusis diuulsus, ac foedatus,
restituatur: ne quis autem me addidisse aliquid, aut distor-
sisse putet, ueterem scripturam adducam. Qui estis pe-
curiathietæ remune remininos ac, &c. Quam pos-
sit sine ullo periculo ita corrigi, facile omnes uidere arbi-
tror, una tantum in parte industria opus fuit, ut ex Athie-
tæ, Athletæ fieret. Maxime autem me confirmauit, quod
animaduerti alibi id uerbum idem uitium habere, quod in
excusis integrum erat: nam in eodem exemplari ita locus
ille tertij libri legitur, Nos athietæ comitiorum, &c.
pro, Athletæ. hoc autem & uitiosæ scripturæ, & lo-
cutionis Varroni familiaris aptissimum exemplum est, qui
libenter hoc uocabulum Athleta ad alias res transferret.
Sed hæc antea mendosissima, omni nunc macula carent,
& aperta sunt, quare ad alia ueniamus.

- 135 Ac quæ scitis proferatis in medium. Elegantis-
simus modus loquendi, & quo sepe etiam Cicero usus est:
ipsum autem, aut à Græcis Latini scriptores acceperunt,
aut natura duce eandem sententiam eadem figura protul-
erunt. Xenophon certè ita in symposio locutus est, ut
M. Varro ab ipso hunc sermonem expressisse uideatur:
καὶ ἐπιδήξω καὶ ἐφ' ἑαυτῶν ἢ ἡμῶν ἀπαντοῦ εἰς μίσην φέρηται
ὅ, π' ἔστι ἐπισημῶν ἀγαθῶν.

- 135 Et homines, & pecua. Pecua habent antiqui libri,
non Pecudes: id autem ueteres crebro usurpabant, nec se
ab eo

ab eo uerbo abstinuit etiam Cicero, quemadmodum testimonio Scruuij interpretis comperimus: is enim super illo Vergilij,

—mitte in Venerem pecuaria primus:

inquit: nam Pecua, ut ait in Pompeiana Cicero, ab eo quod est pecu uenit, ut à genu genua. Intelligit autem locum illum, qui nunc mendosè in cunctis impressis legitur: Etiã si irruptio facta nulla sit, tamè pecora relinquuntur.

Decerpendo glandes. In uetustissimo Decarpen- 135
do, eadem ratione, qua antea ostendimus semper Aspar-
go, & Conspargo in eo scriptum esse: & apud Catonem
etiam hoc ipsum uerbum Decarpo, contra nostrorum
temporum consuetudinem.

Ad cibum enim lacte, & caseum. Sunt excusi e- 135
tiam libri in quibus ita legatur: nam in alijs Lac, men-
dosè legitur: hæc enim uetus est scriptura. Et indicio No-
nij, & aliorum Grammaticorum cognoscimus, M. Var-
ronem aliàs ita locutum esse: ut Andabatis, Candidum la-
cte papilla cum fluit.

Ibi processerunt longè, dum ad nos perueniret. 136
Ita coniectura ductus emendauit: ante in excusis, & ma-
nu scriptis, Dum annus perueniret. ex qua lectione
nullum idoneum sensum elicere poteramus: ex hac autem,
nisi fallor, egregium. Queritur occultè M. Varro de mo-
ribus sui temporis, quemadmodum etiam in prima huius
libri parte: cum enim uitam superiorum hominum expli-
casset, & quibus rebus illi uescerentur docuisset, addidit,
in tertio gradu eos longè processisse, nec in primis agri-
colarum institutis mansisse, sed ad peiora semper, delica-
tioraq; uenisse, donec huc, inquit, res deducta est: nam su-
pra etiam, à summa memoria gradatim descendisse ad
hanc

hanc ætatem. Donec ad nos peruenirent, inquit. ut hoc in libro, cum de uerre ageret, Quoad perueniat ad lanium. & in v. de lingua Latina, Hinc ad pecudis carnem peruentum est, nec non in v i i i. non longè ab initio, Id non peruenit ad nos. Qui nostram coniecturam non probabunt, sedulitatem, fidemq; uerè accusare non poterunt.

136 Circum Fiscellum & Tetricam montes. Antea in excusis mendosè Fiscelium : ueterem igitur scripturam reposui. nam in illo etiam loco huius in iisdem antiquis libris ita legitur, In Sauracti Fiscello capræ feræ sunt. apud Plinium etiam libro tertio capite x i i. è monte Fiscello labens iuxta Vacunæ nemora.

136 Quam sibi Thyestem subduxe queritur. In antiquis libris immutato uerbo Subduxe, legitur. Apud Terentium quoque Adelphis hoc uerbum κατὰ συρροπλῶν pronuntiatum fuit : Non tu eum rus hinc modò produxe dicebas? Pacuuij uersus, quibus fratrem accusat, & hanc iniuriam queritur apud Ciceronem sunt in i i i. de natura Deorum.

136 Vox earum non me, sed be, &c. Totum hunc locum è uetustis libris restitui. Laudat qui uocem ouium secuti Belare illas dixerunt: nam Græci, qui à uoce eas μήλα appellarunt, non tam commodè uocem earum expresserunt : non enim me, sed be, sonare uidentur, inquit Varro. Nec tamen Græci ignorabant oues be, non me, sonare. id intelligitur ex uersiculo Cratini, comici Poëta, qui adducitur ab Eusthatio in i x. librum Iliadis. Eruditi, ac copiosi interpretis uerba hæc sunt : οἱ δ' αὖτοι φασὶν ὁμοίως μίμηκός τε καὶ βῆ εἰ μὲν βαί. μίμησιν προβάτων φωνῆς. κρατίνου, δ' αὖ ἡλίθιου βωβῶν πρόβατων βῆ λέγων βαδίσει.

137 Quod dicuntur anni capræ. Vetus lectio, Vt anni
ni cap

ni capræ. Id autem quod hic à Varrone traditur Fe-
nestella quoque diligens rerum Rom. auctor docuerat.
Ostendit hoc Plutarchus in commentario, quo ueteres ri-
tus Romanorum explicauit : διὸ καὶ τὸ ὀνομάτων πολλὰ
πῶς παλαιῶς οὐμίλοι καὶ βυβολισί κ' ἰόρχιοι ἔσθ' ὡς φαί-
νεσάλας ἄρκερε.

Itaq; minoris emitis anniculam. *Quam secutus* 138
sum lectionē, & excusi nonnulli habebant, & manu scri-
pti omnes : quidam tamen, ut arbitror, dum corrigere uo-
luerunt, deprauarunt. Ea mihi sanè correctione egere non
uidetur : in uetustissimò hoc tantum diuersum erat, quod
Emptis, pro Emitis, in eo scriptum est, mendosè tamen,
ut puto.

Afini arcadici. In manu scriptis Arcadi : Arcadij, 138
ex antiqua scriptura legi posset, ut supra Pecuari, pro
Pecuarij, Statili, pro Statilij : nam hoc etiam ueteres li-
brarij hic seruabant, quod Poëta in secundo casu illorum
nominum, quæ geminatam literã illam haberent, frequen-
ter usurparunt, alterum enim I, subtraherant : ea enim
ratione ab optimo poëta, Tuguri, Peculi, Patavi, Oti, di-
ctum est : nam Arcadium etiã ab Arcadia declinari eius-
dem Poëta Versu hoc confirmari potest,

Tempus & Arcadij memoranda inuenta magistri.

Alias stipulandum statim esse è ualetudinario, 138
In nullis manu scriptis postrema hæc duo uerba inueni-
mus, nec tamen è nostris scriptis ea deiecinus : quid de il-
lis existimandum sit, studiosi uiri uidebunt.

Et quando, è quis. Locus deprauatus corrigi de- 139
bet, ut in optimo exemplari, alijsq; nonnullis legitur. Et
quando, & qui ut &c. Qui, Varro modum, ac ra-
tionem uocat : nam politissimos scriptores Qui, pro Quo
modo

modo passim ponere notum est. Ostenderit in passionibus tria obseruanda esse: primum, locum: secundum, tempus: tertium, modum, ac rationem alendi. Infra etiam postquam, quod ad locum, tempusque anni pertinebat exposuit, inquit, Qui potissimum quaeque pecudum pascatur, habenda ratio. In peruulgata lectione triplicis rationis, quae necessaria esse dicitur, tertium membrum non inuenitur, quare pro mendosa illa habenda est.

139 **Lege censoria committant. muli è Rosea campestri, &c.** Hunc locum foede inquinatum, nisi fallor, egregie restitui, atque id parua licentia usus: ut autem hoc facilius intelligatur, ueriusque de sinceritate huius loci iudicetur, ueterem scripturam adferam. Vetustissimum exemplar, **Mulieros & à campestri, &c.** nam in alijs corruptior illa pars est, **Mulieres enim habent.** Quemadmodum igitur uides, uerba confusa distinxī, unamque tantum literam inde sustuli, uerum sensus praeclarus totam rem, ut spero, illustrabit, & castigationem meam constituet: nam quin peruulgata lectio mendosissima fuerit, neminem dubitare puto. Locus ille etiam in hoc libro mirifice coniecturam nostram adiuuat, ubi de mulis agit Varro: **Iidem si exacti sunt aestiuo tempore in montes, quod fit in agro Reatino, durissimis unguis fiunt.** Roseam autem campestem fuisse declarat etiam uox ualde celebrata Caesaris Vopisci, qui **Campos Roseae, Italiae** dixit esse summen. Committere lege, ut arbitror, dixit Varro, quod Cicero saepenumero, **Committere contra legem.**

139 **In Gurgures altos montes.** Gurgures in manu scriptis inueni, antea excusi **Burbures** habebant.

140 **Vbi est oppidum Olisippo.** In optimo exemplari **Obsippo:** apud Plinium tamen, ut in excusis, lib. 1111. capit

capite xxi. Olysiippo equarum è Fauonio uento conceptu, nobile.

Et quando non ualet sæpe magna gregem, &c. 140
 Receptam lectionem retinui, uetustam nunc studiosis exponam, quam sanè mendum aliquod cōtinere omnino credo: contra autem peruulgata plana est: id tantum mali in illa, quòd ab antiqua dissentit: Et quoniam non ualet sæpe magna adficiuntur calamitate.

Qui siue ex æstu, siue ex labore, Vitiosi sunt hac 140
 parte antiqui codices, communis lectio aperta, si modo illa uera est, & non ab aliquo correctore conformata: Qui si è labore febrem habent adapertum humido spiritu, &c.

Quot reiculæ sint alienandæ. In cunctis manu 141
 scriptis Quot epulæ, scriptum inueni: quod non parum miratus sum, quomodo idem mendum in tot bonis libris inoleuisset.

In Iudæa, in Italia non posse. Vetus lectio, In iu- 142
 rea, castigauit ex ingenio, rem ipsam secutus, In Iudæa. Plinius libro xiiii. capite iiii. Iudæa incluta est uel maxime palmis. Item sunt quidem in Europa, uulgoq; Italia, sed steriles.

A Pergamide Maledo'ue. Hic locus antè mendosissimus & erat, & existimabatur, nota etiam adposita damnatus fuerat: ipse ueterem lectionem reposui, quam integram esse arbitror: ut Pergamis, Maledisq; nomina locorum in Epiro sint. Respondet autem superiori illi, qui nostra itè opera emendatus est. Dixerat enim Scrofa, Sed hæc à nobis ita accipietis, ut, uos, qui estis Epirotici pecuarij, &c. Idem igitur nunc ait, Nunc rursus uos red-
 dite nobis, o Epirotæ, de unaquaq; re. locatur autem,

f ut om

ut omnem occasionem nactus facit: maiora enim & eruditiora expectabantur ab Epiroticis pecuarijs. Saltus igitur appellat in quibus pecus pascere soliti essent.

142 Cognomine eodem. Ita emendavi ex ingenio: multa autem mihi, ut hoc auderem, persuaserunt. Si ita locutus M. Varro esset, ut in excusis erat Cum nomine, in ~~κακῆυρα~~ incidisset, ac rem obscœnam protulisset: iunctura enim deformiter sonat. Præterea Atticus nomen non erat, sed cognomen: hoc etiam non paruum argumentum est contra electam lectionem. Initio etiam commentarij de Senectute Cicero Titum ipsum alloquens inquit, Teq; non cognomen solum Athenis deportasse, &c.

142 Quoniam in me uidere coniecisse oculos. Ita erat in manu scriptis, & ita scribi uolui. Videre, pro Videtis, cepit: ut in illo etiam loco, qui est, ubi agit de suis, Ignorare, inquit, uidere, cur appeller Scrofa. Sic enim illic etiam habent antiqui codices.

142 Et dicam de primigenia pecuaria. Vetus hæc est lectio, quam magis probo. Antea in excusis, Et dicam primigenia pecuaria. Primigenia uerba appellare M. Varro in v. i. de lingua Latina libro, quæ non sunt ab aliquo declinata, manifestum est: & Primigeniam consuetudinem uictus, in primo libro de uita Populi Rom. præscam, & ueterem: locus autem apud Nonium de mutata declinatione legitur. quare eadem ratione nunc Primigeniam pecuariam, dixisse puto. Sex. quoq; Pompeius Primigenium sulcum, uocari solitum tradit.

142 Item binæ pro singulis, ut procedant. Prodant, antea corruptè legebatur: in manu scriptis omnibus procedant, inueni: Procedant numerentur significat, greges enim ouium magni non bene numerari possent, si

eodem

eodem loco manerent : quare consuetudinem habent pastores, claudere gregem, & dum emittunt, numerare, aliter enim rursus confunderentur : nam Procedere ulterius se ferre significare, manifestum est, uel hoc exemplo Vergilij,

Parcite oues nimium procedere.

Et expromisit numos. Vetus hæc lectio : antea, 143
Exprompsit. Expromittere uerbum iuri accommodatum est.

Ex empto uendito illum damnare. Ita in manu 143
scriptis omnibus scriptum inueni. Titulum iuris fuisse puto : Nam in xix. libro Pandectarum, iisdem penè uerbis nunc quoque appellatur. De actionibus empti, & uenditi. In III. etiam de natura Deorum Cicero: Reliqua quæ ex empto aut uendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt.

Quo incientes secludere possis. Vetus lectio 144
Inicientes, quæ & ipsa mendum habebat, quod tamen sine periculo tolli potuerit. Incientes, igitur emendauit, una tantum litera ex ea dictione sublata. Sunt autem Incientes propinquæ partui, ut Sex. Pompeius docet.

Meridianam quæ est aridior iucunditate præstat. 144
In excusis antea Meridianæ. Præstare tamen aliquam rem, id est, uincere, ac superare, ueteres dixerunt. Initio etiam tertij libri sic locus ille in antiquis legitur, Immani numero annorum urbanos agricolæ præstant.

Inigunt in ea stabula. Mendosè antea, Inijciunt: 145
ut enim hoc uerbum ualdè accommodatum, ita illud alienum.

Vt agni fatulli fiant lacte. Vetus hæc lectio, quam 145
ueram puto : ideoq; communi expuncta, hanc in suam se-

dem reduxi. Satullare etiam uerbum usurpauit Varro, apud Nonium ¹²⁸⁹ πῶπι ἀίσιονος: Neque in puluere natico coquam carnem, quibus satullem corpora, ac famem uentris.

- 346 Aut adipe suilla. Vetus lectio, quam Priscianus etiam agnoscit, qui tradit uetustissimos multa huiuscemodi nomina & uirili, & muliebri etiam genere protulisse: & de adipe utitur auctoritate M. Varronis in 11. libro Rerum rusticarum.
- 346 Viciam molitam. Mendosè antea, Mollitam. Lucilius libro xxix. apud Nonium ¹³⁴². Fouere ex molito hordeo. Iterum hoc ipso in libro idem error, & eodem pacto correctus, auctoritate eorundem codicum.
- 346 Aut herbam teneram. Contaminatus in extrema est dictione optimus liber, Tenentiam enim habet: receptam lectionem retinui: emendari fortasse non incommode posset Tenellam: sunt tamen manus scripti, qui Teneram, habent.
- 346 Antequàm calores, aut frigora se exegerunt. Vetus lectio Eregerunt: fortasse, Fregerunt: notum enim iam omnibus, quemadmodum antiqui librarij propter similitudinem illarum literarum in Romana uetere scriptura saepe lapsi sint, & F, pro E, contraq; scripserint. In optimo exemplari sic locus hic legitur è secundo hoc libro, Optima eluta sunt in Sicilia, cum Fluta, legi debeat. Nihil uariaui, leuem tamen suspicionem meam ex diuersitate lectionum ortam significare uolui. Cicero de aestu meridiano hoc uerbo usus est, lib. 1. de Oratore, Ad extremum Scauola paulum requiescet, dum se calor frangat.
- 346 In ouibus pellitis. Cum in Megarensi agro pellibus intectas oues spectasset Diogenes, Megarensium autem liber

liberos nudos ob mendicitatem passim uideret, faceret dixit
 prestare Megarensis arietem esse, quam filium. Cui simi-
 lem uocem postea fortunatissimus Romanorum Impera-
 tor de inimiti rege Iudæorum edidit. Diogenis ἀπόθεμα
 ab Laertio in ipsius uita relatum est. Quas pellitas oues
 M. Varro, ille πρόβατα Σίρρασις ἐκείνου λέγει appellat.

Ut sunt Tarentinæ, & Atticæ. In antiquioribus 146
 cunctis Atticæ, inuenimus: in nullis, ut antea in excu-
 sis legebatur, Altimates. Lanam Atticam nobilem fuisse
 testimonio etiam Latini Poëtæ scimus, apud Nonium La-
 berius paupertate: Nihil refert mollem e lanitia Attica,
 an pecore ex hircorum uestitam geras. Eandem in ma-
 gno pretio habitam Plutarchus quoque ostendit in com-
 mentario περί τῶ ἀνοίσε, his uerbis: Μη δὲ ἰμάτιον περί-
 βαλῶν εἶμι πρόβατων ἀττικῶν εἶν τὸ ἔτερον.

Vel lauari, ac parari. Communem lectionem reti- 146
 nui: quam uerò in antiquioribus libris inueni, nunc osten-
 dam: in illis enim Putari, pro Parari, legitur: in o-
 ptimo tamen codice mendi nota ad hunc locum adposita est:
 non multo ante ubi in excusis, Sole exorto puro, scri-
 ptum erat, in iisdem uetustis, Puto. Putum, antiquos
 pro Purum dixisse, notum est. Sext. etiam Pompeius in-
 quit, Imputatum non dum purgatum: quare arbitror ue-
 terem scripturam rectam esse.

Et genit lac. De sanitate. In optimo codice, Genit 146
 lacte, Sanitate. Verbum Genit, sepe iam à Varrone
 usurpatum, recepimus: formis autem excusi antea Gignit
 habebant: nec nos fefellit ante ipsum, Lacte, nominandi
 casu dixisse: ueruntamen quia locus maculosus erat (De,
 enim quod hic necessarium uidetur, non erat) existima-
 uimus in hoc peccare librarium potuisse, & pro de, te,

scripsisse, atque incommode cum priore uerbo coniunxisse: potest etiam rectè in antiquis Lacte, scriptum esse, ut præpositio defecerit. Si quidem animaduertimus (nihil enim relinquere uolumus, quod possit studiosos adiuuare) in sequente capite, ubi in excusis, De forma uidendum, legitur, in eodem uetustissimo libro, alijsq; nonnullis, Forma uidendum, sine præpositione scriptum esse: quare cogitabunt studiosi, an defendi lectio illa possit. Sunt tamen manuscripti, qui cum excusis utroq; loco faciunt.

147 Vt mammulas pensiles habeant. Ita in antiquis inuenimus, in excusis antea Mamillas. Sex. etiam Pompeius inquit, à Mamma, Mammulam, & Mamillam.

147 De emptione aliter, atq; de ouibus dico. Vetus lectio, De emptione aliter dico atq; fiet. Scribi debere puto, Aliter dico, atq; fit. Hoc intellectu, ut ostendat se contra consuetudinem hominum sentire, qui sanas capras stultè promittant, cum illæ sanæ ne puncto quidem temporis sint. Alijs ipsas uitijs carere promitti sine fraude potest, cum carent: De sanitate, falsum & improbum est.

148 Ac Mamilius scriptum reliquit. Ita emendauimus ex uetustis codicibus, cum antea Manilius scriptum esset. ut hoc ipso in libro iterum, Qui Mamilij actiones sequuntur lanij. sed etiam tertio capite de equis, Vt in Mamilij actionibus sunt perscripta. Quorum librorum auctoritate intelligitur nos rectè fecisse, qui quondam in primo libro de Oratore, ubi Manilianas uenaliu uendendorum leges, scriptum erat, Manilianas emendauimus. quod etiam in primo libro de Finib. faciendum est: adhuc enim illic corruptum hoc nomen: Differetur inter principes ciuitatis P. Scæuolan M. q; Mamilium.

148 Quod etiam Archelaus scribit. Plinius quoq; libro

bro VIII. capite L. auribus eas spirare, non naribus: nec unquam febri carere, Archelaus auctor est. Aristoteles tamen libro primo de Historia animalium, Alcmaeonem hoc scripsisse tradit, quem etiam mendacij insimulat: ἀλκμαίων ὃ ἐκ ἀληθείας λέγει φάρμακον ἀναπνεῖν τὰς αἰχάς καὶ τὰ ὄτια.

Tantum enim fefellerit. In excusis antea, Fefellerit: 149
in cunctis manu scriptis, Fefellerit, scriptum inueni: quare tantum librorum consensum non spreui, atque ita scribi uolui. Admonet Eusthatus, Homeri copiosus interpretis, Atticos sepe, quos Modos appellant Grammatici, uariasse, & pro Indicandi, modum Optandi usurpasse. Exempla ab eo adlata hæc sunt: ἐπει ἔλθοι ὁ δεινὰ ἦτοι ἦλθερ καὶ ὡς ὃ λαλῶσι αὐτῷ τὸ ἐλάλησεν καὶ ἄλλα θιαύτα. hæc enim addit, οὕτω καὶ ὡς δε, π. ἢ γὰρ ἄρ νῦν ὕστατε λωβήσαιο αὐτῷ τὸ τὰ ὕστατε ἄρ ἐλωβήσω ἢ γὰρ ἐλωβήσας. Huiuscemodi quodam sermone potuit M. Varro uti, & nisi plena omnia macularum essent, & hæc omnes rariores locutiones ab imperitis grammaticis è libris excusis sublatae essent, huius etiam sermonis plura exempla occurrerent.

Nec me esse ab Eumæo ortum. Hæc uera, ut ar= 149
bitror, lectio est, è uetustissimis, optimisq; libris eruta. cõmunis eruditos etiam uiros fallere potuisset: erat enim ab his, qui è ueteribus uestigijs ueram elicere nõ potuerant, satis concinnè conformata. Prisca igitur huius loci scriptura, Nec me esse ab eum æuo ortum. Vna igitur sublata litera, totum locum correximus: nam elegantia huius lectionis, cum sensu quem præ se ferebat uulgaris, comparari non potest. Eumæum subulcum Ulyssis fuisse, mediocriter etiam literati sciunt: qui rem familiarem

heri fideliter administravit, & cum eo, quem tamen nondum agnouerat, longum sermonem in XIII. libro *Odyssæ* habuit. Hanc etiam emendationem confirmat, quod antea dixerat, Accipe à me cum Homericò Melanthio, &c. Iocabatur enim optimus, & eruditissimus senex.

150 Si formosi sunt uerres, & scrofa. In optimo exemplari *Verris*: nec multò post iterum *Verris*, eodem casu, in eodem libro, *Verris* octo mensium incipit salire. Quædam quæ hic emendauit, adeo plana sunt, ut confirmatione non egeant.

151 Usque ad primum: deinde it retro, quoad perueniat ad Ianium. Hic locus in excusis codicibus ualde uariatus erat, culpa, ut puto, sinistrorum quorundam correctorum: in antiquis illum integrum inueni: Id, tantum in illis pro It, scriptum erat: quæ scriptura in prisca exemplaribus frequens est. It retro, deterior fit: ut Vergilius etiam,

In peius ruere, & retro sublapsa referri.

Plinius de suis inquit, Mares non ultra trimatum generant. Quamuis autem usque ad trimatum generent, ad primum annum facere id rectè possunt, ut credit Varro: postea languidiores fiunt, nec tam bene munere illo funguntur.

151 Sus Græcè dicitur ὄψ, olim thyfus. Prisca hæc lectio: in excusis ante ὄψ. De uetere nomine suum apud Græcos auctores nihil legi, quare in re incerta fidem antiquorum codicum sequi malui. Clemens in 11. Stromate refert, quendam sapientiæ studiosum uirum affirmasse suum nominatum à Græcis esse ὄψ, tanquam ὄψ, quòd uiscerationibus tantum, atq; epulis aptus esset: uerba ipsius

ipsius hæc sunt : λέγεται γ' ἔρι πνα τ̄ φιλοσοφούντων ἐτυ=
μολογούντα τὰ ἔρι ἔρι εἶναι φάναι ὡς εἰς θύσιν καὶ σφραγῆς
μόνον ἐπιήθεον.

Et quod nuptiarum initio. Athenæus libro III. 151
Δειπν. olim Græcos Veneri suam mactare solitos tradit,
atq; id testimonio ueterum confirmat. Arguios uerò id
etiam tunc seruare, qui ludos quibus id facerent, inde quo=
que appellarent ὑσηρίων.

Et Græcæ χοῖρον. Ita emendauit à uetustis libris : in 151
excusis enim antea Græci. Græcæ, scilicet mulieres. su=
pra enim, Nam ἔ nostræ mulieres maximè nutrices ἔ c.
respondet igitur illi parti egregiè, ἔ Græcæ χοῖρον.

Itaq; ips animam datam esse proinde ac salem. 151
Vetus hæc est lectio. Eadem sententia, aut parum immu=
tata, apud Clementem legitur : nam quæ paulo ante è I I.
Stromate posui, hæc uerba consequuntur, Διδδομα γὰρ τῷ
δὲ τῷ ἴσῳ ψυχὴν πρὸς ἑλὴν ἕτερον ἢ ἐνεκα τοῦ τὰς σάρας
σφραγῆς. ἔ c. Huius autem uocis Plutarchus in v. libro
Sympof. cap. x. Stoicos homines auctores fuisse tradit,
quæ etiam à Cicerone libro v. περὶ τελῶν laudatur.
Nam in IIII. de Natura deorum eam protulisse Chrysi=
pum docet.

Paruæ tomacinæ, & taniatæ. In optimo libro, 152
Comatinæ, & canatæ : nihil tamen uariaui.

In uineta. Communem lectionem nouam, falsam que 152
putaui, ideoq; ueterem scripturam reponere malui. Et si
illa maculosa est : poterunt tamen nunc industria erudito=
rum maculæ inde abstergi : Vt autem quid suspicer ape=
riam, arbitror inquinata hac uoce locum significari, in
quo hoc etiam, quod supra de sue narrauit, factum esse ac=
ceperit : nam in Arcadia se hoc non audisse, sed uidisse

f 3 inquit:

inquit : quod autem in sue fieri potuit propter obafitatem, & stuporem illius animantis, uerifimile nullo modo in iuuenca est : nam nec humi iuuenca tantum iacent, ut facultatem muribus præbeant in corpore suo nidificandi. Plinius in sue hoc factum quandoq; esse tradit : de iuuenca non meminit. Pro Vineta, fortasse Veneta, aut Venetia scribendum est : in illis enim locis quondam magni pecuarij. Veneti etiam Equi à Græcis poëtis celebrantur, quòd illis in locis egregij essent. In Græcis commentarijs ἐνέπιδις ἵπποι πῶλοι σερανηφόροι ἀπὸ τῆς πῶπι ἀεφίαν ἐνέπιδις.

152 Sed eos cum iam pasci possunt, secernunt. Diuersa est uetus lectio, quæ tamen mendo non uacet : eam notam esse uolui, nam receptam etiam non ualdè probabo, quamuis loco non mouerim, Secundo ea cum iam &c.

153 In eorum foetu scrofæ. Antea in excusis Potu : in manu scriptis antiquioribus Petu : in semiuetere Pecui. Factu legi debere arbitrati sumus : quam coniecturam nostram tunc amabimus, cum à doctis uiris probari audiemus.

153 Vestigia apparent Lauiniæ, quod & simulacra eorum &c. Ex ingenio ita emendauim, nam peruulgata lectio parim mihi probabatur, & à uetere discrepabat : uerum quia nolo optimum auctorem, dum purgare studeo, inquinare, quæ me causæ mouerint, ut ita corrigerem, exponam : Si inanes illæ existimabuntur, coniecturam meam explodi æquo animo patiar : Sed prius cum fide uetustam scripturam hinc adponam : Vestigia apparent iamne, quod & simulacra eorum. Oppidum significari debere deprauata illa uoce affirmarim. Lauinium

nium scribi oportere suspicatus sum : nam si ex prima li-
tera L. fiat, in quo sæpe peccasse librarium antea osten-
di, non ualde à Lauini notæ illæ remotæ erunt. Lauinij
portentum hoc Aeneæ factum esse supra M. Varro osten-
dit, & in v. libro de lingua Latina : oppidum enim illud
primum conditum in Latio : quare uerisimile est ibi aenea
simulacra posita fuisse, & corpus matris etiam conserva-
tum : cur autem in aliam urbem translatum fuerit. nec
enim tam uetus aliud oppidum tunc erat : Alba certe
iam pridem diruta, Lauinium adhuc stabat, quod testi-
monio quoque Strabonis confirmatur : illius enim hæc
uerba sunt è libro v. τὸ χωροφουμένωρ ὑπέρεται
ἡ αὐτῆς τὸ μὲν λαοὺνίωρ πόλις ῥωμαίων ἐν δεξιᾷ τῆς
ἀπτίας ὁδοῦ, ἀπ' ἧς ἴωσθητε ἕτε θάλασσα καὶ τὸ ἀν-
τιον. Dionysius Halicarnassæus totam hanc historiam
copiosè narrat : nihil tamen quod ad loca in quibus si-
mulacra hæc aenea suis, ac porcorum erecta essent,
pertineat.

Cum creuerunt cupiunt sequi matrem. An-¹⁵⁴
tiqua lectio diuersa : non tamen adhuc aliquid ex ipsius
parte boni elicere potui. ut alij in hoc laborare possint
omnibus eam studiosis exponam : Cum creuerunt
capiuntur, sequi matrem pastum, &c. Nam in
peruulgata, Cupiunt, elegantem ullam sententiam, nisi
fallor, non habet.

Ut desiderium ferre possint parentis. In cunctis¹⁵⁴
manu scriptis post Parentis, inueni Nutrices. Nec sta-
tuere potui quid illa uox sibi uelit : an Nutricis, pro Pa-
rentis aliqui legebant? nutricemq; matrem, dum porcos
aleret, appellauit Varro. In recepta lectione, si integra
est, scrupulus nullus est: negotium tantum iure nobis fices-
sit ant

fit antiqua lectio diuersa.

- 155 Σωηπερωτου inquit χαιριτε. Mendosè antea in formis excusis, Sic epiroticæ: & aut nullo, aut inepto sensu. Vetus lectio Sinepirotæ: quæ paruum vitium habuit: nec illud librarium fefellerat, quamuis tollere non potuisset: mendi enim notam adposuerat. Castigauit rectè (ut opinor) σωηπερωτου. Antea Scrofa dixerat, Nunc rursus nos reddite nobis, ò Epirotæ. nam Q. Lucienus σωηπερωτας illos appellat, ut qui pecuarias ipse quoque in Epiro haberet, & unus Epiroticorum esset.
- 155 In quo quidem inquit Vaccius. Postrema duo uerba ex antiquis libris reposuimus: hic enim Vaccij persona requiritur, sine qua posse fieri hic nonnulli putarant: quia supra pro Atticus, Vaccius legebant: nos illic etiam Atticus, in nostris inuenimus: sed paulo post Menas, in iisdem libris desideratur.
- 155 Noui, inquit ille, maiestatem. Antea in excusis, inquit Menas. ita emendauit ope uetustorum codicum: uerum quia parua licentia usus sum, totam rem patefacere uolui. In antiquis locus maculosus: ita enim habent, Inqui diue: inquit, pro inquit, illic etiam in iisdem libris scriptum inueni, inquit Atticus: & pro duobus ll, u, corruptè positum: quare sine culpa me posse, Inquit ille, corrigere ratus sum.
- 155 Vt βουσκρον, βουπαϊδα. Antea in excusis βουπεινα, in optimis libris βουπαϊδα legi, quam ueriores puto lectionem. Sex. Pompeius, qui à Varrone totum locum accepit, inquit, Bulimon Græci magnam famem dicunt assueti magnis, & amplis rebus præponere Bu. Hinc est quòd grandes pueros Bupædas appellant, & mariscam ficum, Busycon.

A quo eas Græci Bugonas, Aelianus πορὶ ἰδίω= 156
 πρὸ τῶν βῶων, ultimo secundi libri capite, quo laudes
 bouum explicat, & quæ commoda ex ipsis homines ca-
 riant, docet, hoc etiam quod nunc tradit Varro non re-
 linquit. καὶ ἀποθανῶν διέ βουῦς γενναῶν τι χρεῖμα καὶ ἀξιέ-
 παυον. μέλιτ' αὖ γαῖν ἐκ τῶν ἐκείνου λειψάνων ἐκφύοντα
 βῶων φιλερῆστατον καὶ καρπῶν τῶν ἀριστον ἢ γλυκύστον ἐν
 ἀνθρώποις παρασκευάζει ἢ μέλι.

Quæ prægnans horda. In cunctis hic manu scri- 156
 ptis Horda, & Hordicalia per h. in v. i. autem libro de
 lingua Latina, Forda, & Fordicidia, per f. Fordicidia,
 inquit, à fordis bubus. Bos forda, quæ fert in uentre &c.
 Id etiam apud Sex. Pompeium reperies, qui nunc For-
 das, nunc Hordas boues prægnantes esse dicit. Negligen-
 tia autem librarij id factum esse non potest, sequitur enim
 ordinem literarum. Adeo autem uicinam naturam hæ
 habebant, ut sæpe inter se, commutarentur.

Quam iam expertæ. Nihil uariari: ueterem ta- 156
 men scripturam notam facere quid nocet? in manu scri-
 ptis igitur Exparte: corruptè sanè. quis autem scit an
 aliter corrigendus locus sit? Nam si expertæ cepit eo-
 dem intellectu quo Vergilius,

-altera uirgo

Alteram iam primos Lucinæ experta labores,
 cur repudiari debent uacæ, quæ semel tantum pepere-
 runt crebra uitia, quæ in excusis codicibus inuenio, me
 fortasse sine causa quandoq; faciunt de aliquo loco malè
 existimare.

Prior quàm posterior melior. Vitiosi hac parte 157
 sunt antiquiores libri: sic enim habent, Prior quàm po-
 sterior in eo prior, In optimo mendi nota adposita est.

Iugat

157 Iugatorij Ligustici. Vetusissimus codex in ambabus uocibus diuersus, qui Nugatori Ligusti, habet. De posteriore uoce alibi differuimus: de priorē si forte ita legi debet, Nugatorias res, abiectas, ac uiles, ueteres scriptores frequenter appellarunt. Nam Varronis ille locus ē VII. libro de lingua Latina, ita legi debet: Schæmiculæ ab Schæno nugatorio unguento: in excusis enim libris deprauatus est.

157 In Thracia ad μέλανα κόλπον. Vera hæc lectio, fideliter in antiquissimo codice conseruata: nam in alijs inanis sedes Græcarum uocum relicta. In alijs ne relicta quidem. Strabo libro II. τὸ ἕσσω χεῖς τὸ ἀγαθὸν ἔστιν ἡλιή σὺν τῷ μέλανι κόλπῳ καὶ τῷ ἑλλησπόντῳ. Herodotus quoque non semel huius loci mentionem fecit. Nam in Polymnia hæc ipsius uerba sunt: Ἐνθεῦτερ δὲ χάμπων τὸν κόλπον τὸν μέλανα καλεόμενον, καὶ μέλανα ποταμὸν, οὐκ ἀντιχόντα πότε τῷ σρατῆρι τὸ ῥέεθρον. &c.

158 Vos uideritis, inquit, mihi qui Aristotelem legitis. Duo hic uerba ex antiquis codicibus restitimus.

Exemptis testiculis. Hoc Aristoteles in extremo libro nono de natura animalium tradidit: locus tamen in excusis codicibus, & in manu etiam scripto, quem habui longè emendatiorem, deprauatus. Theodorus sanè hanc inde sententiam eruit, siue meliores codices habuit, siue ex ingenio ita legendum esse uidit. Nam Varro etiam sententiam illam (nisi fallor) confirmat. In primo autem libro de ortu animantium eandem rem Aristoteles narrauit: ubi uitium uerba non habent: Καὶ ἡλιή ταῦθ' οὗ μετὰ τῷ ἐκπομῷ ὀχεύσας ἐνθίως ἐπλήρωσεν.

159 Atticus centum uiginti habet. Optimus codex inquit

inquinatus : habet enim Centaurum uiginti.

Quod faciunt Peloponnesij. Antea Peloponnesi= 159
ses, ex optimis exemplaribus ita emendauit. Rectè dici
Peloponnesij, manifestum est. Stephanus etiam πελοπον-
νήσιος ὁ δὲ δικίτωρ.

Vnum ferum quos uocant onagros. Apud Su= 159
dam Caudò insula prope Cretam esse traditur, in quo ma-
ximi gignerentur onagri.

Alterius anni pariant. Vetus haec lectio, an= 160
tea mendosè, Alternis annis. Paulò post, ubi in excu-
sis, Quod remissione laboris fit deterior. In antiquis,
Sic deterior. Arbitror legendum, hic deterior: ex prio-
re uoce s, ut opinor, consequenti huic adhaesit, & aspi-
ratio, quemadmodum saepe, desideratur. communis etiam
lectio commoda.

Q. Modius Equiculus. Ita emendauit auxilio ue= 160
tustorum codicum, in quibus, Que modius, legitur.
Ferè autem ueteres librarij cum Q. praenomen scri-
bendum esset, Que imperitè scribebant. in optimo exem-
plari mendi nota hic adposita est.

Quod equus x x x. mensium. Quemadmodum 161
in primo libro multa Varro à Theophrasto sumpsit, ita
in secundo hoc plurimà ab Aristotele mutuatus est: quae
quia facile inueniri possunt, & alijs nunc rebus studeo,
non curiosè ostendam. Hic certè locus inde translatus
est: in libro v i. de Natura animalium: Βάλλει δὲ τοὺς
ὄντες πρώτους τῶν ἰσχυρῶν πικροτάτην ὁ τοὺς μὲν δύο ἄνω-
θεν. τοὺς δὲ δύο κάτωθεν. Βάλλει enim appellat, quod
Varro eicere, aut amittere dentes uocat. quanquam pri-
mum uerbum naturam Graeci uerbi quo usus est Aristot-
eles magis exprimit. Inde ἄβολοι equi appellabantur,
qui

qui nondum dentes eiecissent. nos etiam in hac re exponenda uerbo quod his respondet familiari nostro sermone utimur.

161 Cum dentes sint facti brocchi. Brocchi per duo c c, in optimis hic exemplaribus scriptum est: ut ubi de canibus post agit iterum: Directis priusquam brocchis.

161 Spina maximè duplici: sin minus non extanti. Vetus hæc est, & uera lectio. antea in excusis Extenta, mendosè. In libro ubi selectæ sententiæ sunt de re rustica auctorum: ex Apsyrto. ῥάχις, μάλιστ' ἔστι διπλῆς, ἢ ἄλλ' ἕνα ὑψήθη.

162 Peroriga enim appellatur &c. Optimus codex hic mendosus est, nonnulli item qui eum sequuntur: sic autem in illis est, Peroriga misit appellatur qui qui admittit. Vitium habere hanc scripturam cognouit librarius, ideoq; mendi notam ad eam adposuit. Fortasse legendum, Perorigam, sic appellatur &c. ut Perorigam cū superiore parte hæreat. E' Plinio mendū tollatur, quod in lib. VIII. cap. XIII. est: Perorigam enim legi debet, ubi in excusis, pariter Aurigam, scriptum est. In antiquis certè Plinij exemplaribus, Prorigam, unius literæ diminutione legimus. Sunt & alia etiam uitia ea parte: quæ auxilio ueterum librorum tutò corrigi possunt. Sic autem totus ille locus legendus: Aequa ex causa in Reatino agro laceratum perorigam inuenimus. Nam ita etiam conueniet Plinio cum M. Varone, qui infra hanc rem narrat. Quem Varro Perorigam siue Peraurigam, Aristoteles ἐπιμελήθησιν appellauit: ὁ ἐπιμελήθησιν κελύφας τῶν αὐτῆρα &c.

162 Scillæ medium conterunt. Et antiqui omnes, & quidem etiam formis excusi rectè Scillæ medium, hæbent

bent: in alijs improbè illa uox commutata fuit. Quod hic Varro medium in Scilla uocat, Plutarchus μέσον in lactuca uocauit. Extrema sanè pars quarti libri συμμαστικῶν uetustate, aut importunitate quorundam defecit. De quibus tamen rebus illic disputaretur, ex titulis ante librum ipsum constitutis, intelligitur: postremi autem capitis hic index est: διὰ τὶ τὸ μέσον τῆς ἑσίδαιου αὐτῶν ὄντων ὡς πρῶτον. Quintilij, qui et ipsi de rebus rusticis scripserunt, cum de eadem re agerent, quod M. Varro Medium, Plutarchus uerò μέσον, ipsi περικάρδιον uocarunt, id est medullam. Quid autem ea uoce intelligerent, planius exposuerunt: nam quod tenerum ac molle in scilla est, se intelligere dixerunt, et quod etiam aliquis non incommode adipem appellaret. Verba eorum quæ in x vii. Γεωπονικῶν leguntur, hæc sunt: ἂν δὲ μὴ προσδέχουσα τοὺς ταύρους αὐτῶν βόες, σκίλλης τὸ περικάρδιον μετὰ ὕδατος τριπλῶν καὶ περικρίσιον, τοῖσιν τὰ ἀπελώτατα τῆς σκίλλης, καὶ ὡς ἂν ἴπῃ πρὸς τὸ σίαν διδόναι μετὰ τῆς κάδασης τοῖς μορίοις τῶν βοῶν.

Itaque ut restibiles segetes essent exuictiores. 163
Ab Aristotele hanc sententiam accepit M. Varro, quam tamen elegantissimè conuertit. Ἔνα δ' ἐνιαυτὸν καὶ πᾶσαν ἀνάγκη διαλείπειν καὶ ποιῆν ὕαυερ νεόν. Ager restibilis quis sit, et unde uocatus, ostendit ipse in v. libro de lingua Latina.

Ne ungulas comburat stercus cauendum. 163
Receptam hanc lectionem non damno, antiquam tamen quamuis uitiosam, inquinatamq; , notam esse uolo: Ne ungulas commurat stercus tenebat. In optimo codice mendi nota adposita est. Columella communem bene restitutam confirmat, libro vi. cap. xxxvii. pro-

uidendumq; ne stercore unguulas adurat.

163 Vt equuli consuescant. Antiqua hæc, & uera lectio: mendum in excusos fluxerat, quod in uetustis Eculi, scriptum est, quæ scriptura imperitos sefellerat, sed non multo etiam post Eculum posse domari, in iisdem scriptum est.

163 Ab eo tempore mediocriter exercendum. In cunctis manuscriptis uno excepto Extriendum: in illo autem, qui è melioribus non est, Eximendum. Nihil uariavi, quam autem studiosis opem dare potui, dedi: fortasse etiam nihil melius querendum.

163 Equi. In manuscriptis Equis. Fortasse è quis: nam sic sæpe loquitur Varro. quæ autem in excusis erant tria uerba Alij ad prædam: in nullis à nobis manuscriptis inuenta sunt.

164 Medici pecorum ἰππιατροὶ appellati. Antea κτηνιατροὶ, contra sententiam ipsam, & fidem uetustorum codicum scriptum erat. Quamuis medici pecorum non equos tantum curent, sed alias etiam ueterinas: tamen quia plurima sunt in equis & signa morborum, & genera curationum, à Græcis ἰππιατροὶ, ab equis imposito nomine, appellantur, inquit Varro. Hoc autem uerum esse intelligi potest ex commentario in quem collati sunt multi Græci auctores, de re ueterinaria. ἰππιατροὶ enim illic etiam appellantur, non κτηνιατροὶ. Qui Latinis imposuerunt nomina, hoc non spectarunt: nam Veterinariam medicinam illam uocarunt, & Veterinarios medicos. unde hic nonnulli non animaduertentes Varronis sententiam, κτηνιατρούς perperam scripserunt. κτήνη enim Græcis τὰ βοσκύματα.

164 Et ipsi pro se sacrificarentur. Ita emendavi è uetustis

tustis libris. Nonius de contrarijs generibus uerborum ostendit ueteres sacrificantur, pro sacrificant, dixisse: potissimumque Varronis exemplis hoc confirmat, è uarijs ipsius libris sumptis, in quibus etiam huius libri locus ille sic legitur: Ibi enim solent sacrificari lacte pro uino. Ex huiusmodi locis cognosci potest integritas codicum M. Varronis, quos habui, & audacia imperitorum, qui quæcunque à communi consuetudine discedunt in ueteribus auctoribus deprauant.

Hec me Reatino auctore probares mihi inquit, ¹⁶⁵
Sic in omnibus antiquis scriptum inueni: antea, Mi Attice, in excusis legebatur. Consensum igitur multorum, ac bonorum librorum secuti sumus. Nobilitatem mulorum Reatinorum Strabo quoque multam esse tradit, libro v. *Καὶ δὴ καὶ τῶν ἡμιόνων γίνετ' τῶν ῥεατίνων διωνόμασται βενμασῶς.*

Pertinet ad feras bestias, ac syluestres. In maiore, ac meliore librorum parte hic locus turpiter inquinatus est: Ad feras bestibus assiluestribus assiluestres. Nec tamen maculæ ipsius librarium accuratissimum sefellerunt: ad eum enim mendii notam adposuit. In uno tantum manu scripto receptam lectionem inueni.

Et potius uaris quàm uatijs. Prisca hæc scriptura, quæ recta est: antea Vacijs, corrupte. Sic etiam in Pandectis Florentinis hoc nomen scriptum est, libro xxi. de Aedilitio edicto. L. Idem Offilius. Quæsitum est an ualbus, & blesus, & atypus, isque qui tardius loquitur, & uarus, & uatius sanus sit: & opinor eos sanos esse. Huius capituli ferè omnes sententias ad uerbum à Frontone expres-

fas in xix. libro κωπονικῶν legimus. Verum cūm hæc pars in excusis nuper manca sit, non malè facturos nos arbitror si è uetusto codice illam restituerimus, qui est in Medicea bibliotheca: σκέλη ὀρθά. ἔσθ' ἢ καὶ σκαμβότερα μᾶλλον ἢ βλαυσά πόδας ἔσθ'.

Solo nec ut corneo nec &c. Antea, Talo nec
 166 ut corneo ἔσθ'. Quæ lectio facile damnari potuit: est enim multis modis falsa: quis enim talum unquam inuenit, qui non magis quàm corneus esset, ne dum mollis inueniri possit: est enim osseus. Proprio certè nomine talum in cane uocare non potuit Varro, Si Aristotelem audire uolumus, qui in 11. de Natura animantium inquit, πολυχιλῆς δὲ ἔστιν ἄπ' αἰῶνος ἀσπράγαλον ἕσθ' ἐν δ' ἀνθρώποις. Solo, legi debere arbitratus sum, quòd hoc aut illo modo factum magnas utilitates præbere potest, aut impedimenta cani ad currendum, ἔσθ' ingrediendum. Solum autem infimam partem pedis, pellem que illam appellari manifestum est, uel testimonio Ciceronis, qui ita conuertit ex epistola Anacharsidis ὑπόστυμα, στυμα ποσσῶν. Calceamentum, solorum callum: cum enim accuratè singulas partes pedis exponeret M. Varro, non debuit hanc tacere: nam quòd nec corneum, nec nimium durum, sed fermentatum ac molle esse uult, has omnes naturas solum habet, ἔσθ' quæ probat Varro ualde his canibus accommodata sunt: nam corneum alienum, ἔσθ' quòd nimis durum etiam esset: neque enim firmiter terre hæret, aut in cursu explicatur, contra fermentatum, ac molle egregias commoditates habet. Sed hæc facile ab his, qui naturam canum cognitam habent, aut uenationi aliquando operam dederunt, intelligentur. Verem scripturam, ex qua ita legendum esse suspicatus sum

Sum, nunc proponam: nam illa aliquid mendi omnino habet, & maculosa à librario etiam existimata est, qui notam, quam consuevit, adposuit: Selone ut corneo, ne nimium duro. Vnius igitur literæ commutatione ex Selo, solo feci. nam extrema syllaba Ne, ab solo seiungi debet: importunè enim illi hæserat: nec tamen illa quoque uitio uacabat: Nec enim esse debuit, ut paulo post iterum, Ne nimium: pro, nec nimium. Animaduerti in uetustissimo exemplari eodem pacto alij etiam locis Ne, pro Nec, scriptum, ut de equis: Genib. rutundis, ne magnis. In x i x. libro $\chi\omega = \sigma\omicron\nu\iota\kappa\omega\pi$ multa de canibus Frontonis nomine leguntur, quæ, nisi fallor, Fronto ipse è Varrone expressit: nam eundem ordinem in singularum partium natura exponenda tenet, & quæ aut probauit, aut reprehendit in canibus Varro, eadem ille aut laudat, aut damnat: nam quod ad hunc locum attinet, inquit, $\pi\acute{o}\delta\alpha\varsigma \mu\epsilon\gamma\acute{\alpha}\lambda\omicron\upsilon\varsigma. \epsilon\pi\iota \delta\acute{\epsilon} \tau\acute{\omega} \epsilon\pi\iota\beta\alpha\lambda\iota\epsilon\upsilon\varsigma \pi\lambda\acute{\alpha}\sigma\tau\upsilon\nu\omicron\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\upsilon\varsigma, \delta\alpha\kappa\tau\acute{\upsilon}\lambda\omicron\upsilon\varsigma \delta\iota\mu\epsilon\tau\epsilon\omega\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\upsilon\varsigma, \acute{\omicron}\nu\upsilon\chi\alpha\varsigma \kappa\epsilon\kappa\upsilon\beta\acute{\omega}\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\upsilon\varsigma,$ statim que ad spinam transit. Quare cum nihil de solo dixerit, sed omnem hanc partem, quæ in cunctis exemplaribus mendosa est, reliquerit, quandoque coniecimus, inde id factum esse potuisse, quod multis antea seculis hæc macula hunc locum fœdasset. De hoc tamen unusquisque ut uolet existimabit.

Hanc animaduersionem ut magis amem, facit Borghinus meus, iuuenis acutissimi ingenij, & cunctis bonis artibus eruditus: qui ea magnopere delectatur, ad eamq; me primo excitauit, & non parum admuniculatus est, cum in sermone de hoc deprauato loco cum eo disputarem.

167 Pastores ut deducerent in metapontinos saltus, & Heracleæ emporium. Hunc locum in cunctis manu scriptis mancum, decurtatumq; inueni, nec tamen communem lectionem uariaui. Vetus tam hic proponam, si forte aliquis maiore ingenio præditus illius auxilio locum restituere possit: Pastores ut dedurent in metampinos saltus, & tradepore, inde cum &c. In optimo codice mendi nota adposita est. Metapontum & Heracleam oppida fuisse in ea parte Italiae, quæ olim Magna Græcia uocata est, omnibus notum. Metapinum ostium Rhodani fuisse, unde Metapini saltus appellari potuerunt (si forte ita legendum est) Plinius libro 111. capite 1111. ostendit: non longè que ab eo oppidum Heracleam uocatum, aliquos tradere auctores idem asseruat. Sed omnia in tam corruptis uestigijs incerta, & tenebrarum plena sunt.

167 Ad pastores redierunt. Acutam uocem Diogenis qua Platonem acerbè momordit, ab illo laceßitus, commemorare libet: ut animum ex his minutis, molestis que animaduersionibus paulum reficiamus, est autem ualde ad hunc locum accommodata. Differebat de grauioribus aliquibus rebus Plato, præsentè Diogene, parum tamen attendente. Molestè id tulit Aristonis filius, aitq; Audi uerba mea canis. Minimè perturbatus Diogenes, respondit: Atqui ego in illa loca non redij, in quibus uenditus sum, quod canes facere consueuerunt. Obscurè tangens ipsius in Siciliam reditum. Aelianus hoc refert in libro περὶ ποικίλης ἱστορίας. Molonis etiam magni illius rhetoris uox circumfertur, qui hostili animo præditus aduersus Platonem, dicere solitus erat, Nemini mirum uideri debere, si Dionysius Corinthi, sed potius si Plato Syracusis.

Erat

Erat autem prouerbum, nunc etiam satis peruulgatum, *δουλοῦ ἐν κελύφῃ*. A multis denique profectio illa Platonis in Siciliam damnabatur, quare uerius potuit cum Diogenes insimulare, quod cum prauum, infidumq; animum regis expertus esset, potestati eius se iterum commisisset. Hoc autem Diogenis ἀπόφθεγμα alter quoque Diogenes in uita ipsius, quam diligenter scripsit, retulit: concisius tamen id, & in aliqua etiam re ab eo, quod supra posuimus, diuersum.

Qui uellet se à cane sectari. Sectari *δῶκε δὲ αὐτὸς* 167 *δοῦναι*, quomodo ueteres saepe locuti sunt: quod Priscianus, testimonijs antiquorum scriptorum citatis, ostendit.

Sequitur quartum de emptione. Antiqui codices maculosi: nihil uariaui. ueterem tamen hic scripturam adponam: Sed quod quarum, de emptione fit alterius, cum à priore &c. 167

Pascitur enim è culina, & ofsibus. In ueteribus hic etiam locus inquinatus, E' curia, enim: non, E' culina, habent: quid dicam nescio. Communis lectio non omnino mihi firma uidetur: è uetere autem nihil boni educere adhuc queo. Culina rustica in his & in alijs etiam libris à M. Varrone appellata est. 167

Vel etiam ut *μῦθος* aperiant. Ita scriptum in uetustissimo, & fidelissimo codice inueni: quare communi lectione sublata, hanc restitui. Potuit id prouerbum, quod antea in excusis erat, intelligere Varro, nec tamen hic adponere, quemadmodum de huiuscemodi uocibus peruegatis ueteres scriptores saepe faciunt. 167

Tunc enim dicuntur catulire. *Συλῆρον* hoc Graeci appellat. Aristoteles libro v i. *περὶ ζωῶν ἰσορίας*. *συλῆ* 168

ὁ σκυζᾶν τὸν ἴσον χρόνον κύων. Et paulo post: τὰς γὰρ πάσας ὁδεῖ σκυζᾶν ἡμέρας τέτταρας καὶ δέκα. Theodorus nunc Canire, nunc libidine teneri, interpretatus est: quandoq; etiam Prurire uertit.

168 Primum leuibus uinclis, quæ si &c. Antiqua hæc est lectio: in excusis ante à, Leuibus numellis, quas &c. quæ lectio probari potuit, nisi ueteres omnes libros contra se habuisset: Sex enim Pompeius inquit, Numella genus uniculi, quo quadrupedes deligantur.

169 Et si alter indefinenter æger est &c. Et uocem, Indefinenter, & sententiam quæ ex ea conficitur, parum probaui: & quod magnum apud me semper pondus habet, ueteres libros diuersos inueni. Sunt illi quidem hac parte inquinati, possunt tamen nobis communis lectionis uitia, si non aliud, indicare. Hæc uetus est lectio, quæ ne aliquem falleret, in optimo exemplari notam adpositam habebat: Et si alter uidem fiter æger est. Ut quid de hoc loco sentiam liberè loquar, suspicor, aut Identidem, pro Indefinenter, legendum esse: aut uerba illa deformata uacare: quòd negligenter librarius aliquis superiores uoces, hinc etiam non suo loco scripsisset, & eas etiam mendosè, & corruptè scripsisset. Intellego illas, Altero idem fit acrior. Ego ingenue quid conijcerem exposui, alij fortasse melius, ingeniosiusq; locum restituent.

170 Galli appositissimi, maximè ad iumenta. Ita castigauit: ante à, Appositi, sed maximè, &c. cuius lectionis languorè faciliè, ut arbitror, intelliget, qui attentè perspiciet. Antiqua lectio manca, quæ tamen tutò posset corrigi: Galli appositissi maximè, &c. In optimo codice nota, quæ locum mendosum esse indicaret, apposita erat.

Cui

Cui potuit cedere. *Vetusta lectio diuersa, & ut ar=* 170
bitror, corrupta, Cui potius cedere. Sic etiã non mul=
to post locus ualde mendosus: Vnius cuiusque gisues
gregis. hæc enim satis est indicare, propter auctoritatem
librorum: neque enim aliud adferre possum, ad restituen=
dos locos, idoneum: qui tamen fortasse nulla indigent cor=
rectione.

Tremellius simul aspicit ad me. *In optimis exem* 171
plaribus nusquam hic Tremellius: sed pro illo, Semel:
Semel simul aspicit ad me. Fortasse rectè locus resti=
tutus est, & concisè olim Tremel. legebatur: ex quo ne=
gligenter ab imperitis librarijs Semel factum sit.

Leuuncidas, ac contemnendas. *Locus turpibus* 172
maculis fœdatus, de quo ante etiam locuti sumus, cum de
alio, qui item (ut opinor) in eodẽ uerbo inquinatus erat,
ageremus. Prima fortasse litera, nota illa est, quam sæpe in
antiquissimis libris diximus inueniri: quod si reciperetur,
non ualde discreparet uox, quæ relinquitur, ab ea, quam
antea in primo libro inuenimus: nam supra, Eiuncidum
enim sarmentum, &c.

Prægnantem sæpe cum uenit pariendi tempus. 173
Multa de incredibili fortitudine barbararum mulierum
Clemens narrat in IIII. libro σρωμάτων. nam foeminas
prope Hiberiam esse tradit, quæ prægnantes idem, quod
hic de Illyricis Varro retulit, faciant. uerba ipsius adpro=
nemus: οἶδα ἢ πλεῖστον τῆς ἰβηρίας γυναικας ἔστω ἢ πό=
νη χρωμένας ἀνδρικῶ: κὰρ πρὸς τῷ ἀποκυῖν γίνων ἕδιστα
ἀνιέσας τὴ πρακτικῶ, ἀλλ' ἐν αὐτῇ πολλὰκις τῆ ἀμίλλη τῶν
πόνων ἢ γυνῆ ἀποκυήσασθαι βρέφῳ ἀνελεσμένη ὄντας φέρει.

In gregibus ouium, sed magnis. *Antiqua lectio* 174
diuersa, sed quæ corrupta adeo sit, ut eam explicare ne=

queam: ipsam hic adponam, Greges ouium sed magnum. Nec multo post, ubi in excusis, Possunt: in istis dem antiquis, Possit.

- 171 Vt sunt Attici, & mei: septingenarij enim mei, tu opinor, &c. Auxilio antiquorum codicum, adhibita paruula industria, locum (nisi fallor) purgavi: antea enim maculosus erat, & in excusis omnibus ita legebatur, Vt sunt Attici. Tremellius, septingenarij enim mei ut opinor tu, &c. Vt tamen studiosi recte de hoc iudicare possint, ueterem lectionem cum fide adponam: Vt sunt & ait tici, & mei, septingenarij enim mei tu opinor, &c.
- 172 Est enim lac omnium. Medie duæ uoces in antiquis non leguntur, & fortasse sine illis integer sermo est: ut initium sit orationis eius, qui de lacte differit. Est, de quo tu scire uis, lac inquam omnium, &c. Apud Nonium elegantissima Varronis uerba leguntur de natura lactis, De liberis educandis: Eam nutricem oportet esse adulescentem: anuis enim ut sanguis deterior, sic lac: lac enim, ut quidam dicunt Phisici, sanguinis spuma est.
- 172 Quas cibi causa capimus. In Lexicis quibusdam hic Varronis locus adducitur, & Cibali legitur: uetus autem illud, ac inusitatum uerbum esse traditur. In uetustissimo libro Cibali, scriptum est, & in alijs item nonnullis.
- 172 Arido, & firmo cibo pecude pasta, id alibile. In nullis manu scriptis postrema duo uerba legi.
- 172 Ad perpurgandum id, quod à uiridi, &c. Corruptissimus hic locus est: in omnibus antiquis codicibus. Receptam igitur lectionem retinui: nunc ueterem scripturam, cum maiorem nullam opem studiosis adferre queam, notam faciam, & eam totius perioches, ne iterum eadem

repetendo frustra laborem, aut eos, qui hæc legent, magis perturbem : Ad perpurgandum ea, quæ auuriditas eo magis si ussæ ex herba, quæ ipso sumptæ perpurgare solent corpora nostra. Mendi nota hic adposita in uetustissimo exemplari. quòd si ullus locus merito, hic optimo iure damnatus erat.

In lactis duos congios addunt. Excusi antea habebant, Lactis duobus congijs, &c. manuscripti omnes, quos uidi, Lactis duos congios. uestigia ueteris lectionis secutus, ex ingenio emendauit, In lactis, &c. 172

Quod Græci appellant alij δπόρ, alij δδάρουρ. 172
Hunc locum, adiutus ab optimo exemplari, commodè (nisi fallor) emendauit : erat autem ille in excusis codicibus mendosissimus : quis enim unquam audiuit Draconation ad coagulandum lac adhiberi ? quanquam alium esse M. Varronis uerborum sensum puto : Quod Græci appellant, &c. quod, scilicet lac de fico ramo, alij δπόρ, alij δδάρουρ appellant : omnes enim qui in Græcis auctoribus diligenter uersati sunt, humorē stirpium aliquarum (quem in fico Lac, appellat Varro, & nos etiam ita familiari nostro sermone uocare cōsueuimus) ab illis δπόρ, & δδάρουρ dici nouerunt. Et si hoc satis manifestum est, tamen posterioris uocis, quæ hic deprauata erat, exempla e nobilissimis auctoribus afferam. Aristoteles libro 1 x. de Historia animalium : φέρουσι τῶν τ' ἄλλων αἰθέων καὶ ἀπὸ τ' ἀνθρώπων τὰ δδάρουρ. Theophrastus libro primo φυτῶν αἰπῶν. τῶ γὰρ ἡρῶ πολλὴ λίαν ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖσθαι ὡς ἐπὶ μένῃ δ δδάρουρ. Idem politissimus scriptor in eodem libro ambas uoces coniunxit : ὅτι ἡ δ πάντων οἱ δδάρου καὶ τὰ δδάρουρ γυννητικὰ πρὸς τὰς ἐπάνω καὶ πρὸς τὰς αἰτίας ἀνεκτίουρ. In v l. autem consuetudinem sermonis expo-
suit

suit, & quid ipse de hac re sentiret, timide tamē, indicauit:
 καλῶσι ἢ τὰ μὲν ὀπίσ, τὰ ἢ δὲ αἰτια, κρινοῦσιν ἢ δὲ ὀπίσ:
 διαφέρει ἢ ἴσως ἕσπερ. Qui autem prima hæc Theophras-
 ti uerba diceret Varronem expressisse, fortasse non pec-
 caret.

- 172 Alī ὀπίρ. Ab hac uoce ὀπίαρ, caseum appellauit
 Cyclops apud Euripidem, acrem, & ad quem cogendum
 succus ē fici ramo adhibitus esset:

Καὶ τὴν ὀπίαν ἐστὶ καὶ βοῶν γάλα.

quem uersiculum ipsius intellexit Athenæus libro Διπνό-
 θρισῶν. Ἐνεπίσθης ἐν κύκλωπι ὀπίαρ καὶ τὴν ἄρ ἑπι-
 μὴν, ἄρ πηγνύμενον ἔσθ ἢ συκῆς ὀπίρ.

- 173 Mammæ enim rumis, siue rumæ. Nihil uaria-
 ui, antiqua tamen lectio diuersa: ut accuratè ponderari à
 studiosis possit, eam hic adponam: Mammæ enim ru-
 mus siue ruminare ut, &c. Locum alium Varronis à
 Nonio citatum, ubi de eadē re agitur, ad hunc adiungam.
 Cato uel de liberis educandis, Rumine propter rumam:
 id est, prisco uocabulo Mammam: à quo Subrumi etiam
 nunc dicuntur agri.

- 173 Alī uellera, alī uelumia. In antiquioribus Vel-
 limna. non multo post ubi in excusis, Quod languidæ
 minus radices lanæ retinent. in iisdem uetustis libris, una
 plus dictio legitur, Quod languidæ minus ægræ ra-
 dices, &c. corrupte ut arbitror: & ut unde mendum or-
 tum putem dicam: Declarationem fuisse uocē, quæ addita
 est, suspicor, prioris illius, Languidæ, quæ temerè postea
 à librario in contextum sermonis Varronis coniecta sit.

- 174 Et in Comœdijs, qui in rustico opere. Loquitur
 nunc de Comœdijs, quas nouas appellabant: priscarum
 tamen etiam Poëtæ ostendunt, hoc uestitu pastores usos
 fuisse

fuisse, ut Aristophanes in *νεφέλαις*: inducit enim Strepsiadem cum filio ita loquentem,

ὅταν μὲν ἔν τὰς δάχας ἐκ τῆ φελλέως
 ἄσσορ ὁ πατήρ σ' ἀφθέρων ἐνημένω.

Nam *ἀφθέρων* etiam ueteres appellasse membranas, in quibus, ut nos quoque facimus, scriberent, ostendit Cicero in epistola ad Atticum, cum de parte suorum librorum, quos de Academicis quæstionibus conficeret, ut ad Varronem mitteret, loqueretur: Inquit enim, Quatuor *ἀφθέρων* sunt in tua potestate. Idem etiã significabatur pro uerbio illo, quod dicebatur in eos, qui nimis uetusta referrent, *ἀρχαῖότερα τ' ἀφθέρων λέγειν*: Adagium apud Sudam explicatum.

Neque ab hoc quod mutaret Cosinius. An= 174
 m aduertendus modus loquendi: est enim elegans, & ab optimis auctoribus usurpatus: Nihil mutauit ab hoc: id est, quod illi dixerant, Probauit, nec in tam longo sermone uidit, quod reprehenderet, aut aliter melius dici posse, putaret. Cogitandum, an eodem intellectu ceperit M. Tullius, cum in xlii. libro epistolarum ad Atticum de Cæsare dictatore loquens inquit, Tum audiuit, De Mamurra non mutauit: id est, quod factum erat laudauit, & ratum esse uoluit. In lli. Philippica de sorte prouinciarum loquens: O felicem utrunq;: nihil enim mutauerunt. id est, sorte contenti fuerunt, & res melius cadere non potuit. nam pro domo sua plenius loquitur: Cui quidem cum Ciliciam dedisses mutasti passionem. Commutare uerba, altercari significare, planum omnibus est, uel ex Terentio, qui non semel ita locutus est: quare accuratè animaduertendum, an mendum sit in uersiculo Silij Poëtæ, qui est in primo libro: sic enim legitur,

Stantem pro muro, & mutantem membra Caicum.
cum pro Membra, Verba, legendum sit, ut opinor: Mu-
tantem uerba, id est altercantem, conuicia facientem, &
maledicta dicentem.

174 Ad Vitulū. Niger in Turranij nostri: illi par-
tim, &c. In uetustissimis etiam codicibus locus depra-
uatus: secutus ueteris lectionis uestigia, ita emendavi: nec
tamen firman emendationē hanc puto. Niger enim Tur-
rani cognomen erat, non ab illo diuersus: nisi aliquis eo-
dem cognomine, ac diuersae familiae fuerit: aut eiusdem
cognominis, ac gentis, qui pronomine distingueretur.
Antiquam hinc scripturam ponam, quam studiosi accurate
perpendent: Ad Vitulum. Niger in Turrani in
oste, illi, &c.

IN M. V A R R O.

NIS, RERVM RV-

S T I C A R V M

LIBRVM

III.

176



QUOD & in pace à rusticis L. ale-
bantur, & in bello ab ijs tuebantur.
Hunc locū in cunctis manu scriptis men-
dosum inueni: cum autem nihil ab excu-
sis uariauerim, ueterem scripturam nunc
indicare uolo: in qua idem uerbum secundi membri finis
est, quod primi: id est, Ab ijs alebantur, in uetustis
codicibus, ut supra A rusticis hominibus alebantur, legi-
tur. Non tantum autem hoc admonui, offensus rariore si-
gnificatu eius uerbi, quod in omnibus nunc excusis est,
quam

quam propter antiquorum librorum fidelitatem. Quis enim scit, an ita locus ex ingenio ab aliquo emendatore restitutus fuerit? non tamen uisum est receptam lectionem loco mouere: commodam praesertim, & quae ferri possit: nam uetustissimos scriptores *πρωτοπικῶς* etiam tueor dixisse, uel hac eleganti inscriptione, quam Augustinus Nericus eruditus, ac diligens uir, cum Hispanias peragere, inde attulit, manifestum fieri potuit.

PALLADI VICTRICI
SACRVM

HIC HOSTIVM RELLIQVIAS PROFLI
GAVIT CATO. VBI SACELLVM MIRO
ARTIFICIO CONDITVM ET AERIAM
PALLADIS EFFIGIEM RELIQVIT.
PAREANT ERGO ET NOSCANT O-
MNES SENATVS ET POPVLI ROMANI
IMPERIVM DEORVM NVMI-
NE ET MILITVM FORTITVDI-
NE ET TVERI ET REGI.

Eam autem eò libentius adposui, quòd salua maiestate imperij, pietatis in Deos plena est.

Vocant collis Thebas. Ita emendauit è uetustis codicibus. antea in excusis Aeolis corruptè: quae tamen lectio in semiueteri codice à me inuenta est. Quòd addit M. Varro, non longè à Reate cliuum appellari Thebas, declarat hìc etiam Collis, legendum esse.

Quam priuati candidati tabella, dum ita, &c. 177
Locus, nisi fallor, aliquam obscuritatem habet: quare eò libentius ueterem lectionem, non parum diuersam, indicabo. In antiquissimo, & fidelissimo legitur, Tabella dimidiata aedificemus. Eum autem plures secuti sunt.

In alio semiuetere, Dimidia ædificemus.

178 Eunti de controuersijs Interamnatium, & Reatinorum. Vetus hæc est lectio, quam synceram puto. In excusis post Reatinorum Cognituro, erat: quæ declaratio, ut opinor, fuit, addita ab aliquo, qui sine illa sermonem mancum, imperfectumq; putaret: à quo dissentio, qui nihil desiderari, & elegãtiorem esse hunc modum loquendi, credo.

178 Tua inquit hæc in campo Martio. In excusis antea: Tua inquit Axius. id nomen sustulimus: non enim à M. Varrone hic positum fuisse credimus, sed ab aliquo additum, qui omnia nimis declarare studeret. Scholion quondam illud fuisse, ex optimo exemplari cognosci apertius potest: sic enim in illo, Tua inquit, scilicet Auxius, hæc &c. In quo hoc etiam animaduertendum, nunc Axius in uetustissimis libris, quandoq; Auxius legi: nam & hic, & supra Auxius. Auxius Appio subridens. quod etiam obseruauit in epistolis Ciceronis ad Atticum: cum enim in illis etiam huius Axij mentio sit, in optimo exemplari id nomen eodem pacto uariatum est.

118 Omnes omnium Reatinæ. Aliquæ hac parte macule in optimo exemplari: nam, Omnes omnium uniuersæ. Reatinæ, perperam in illo, ac nonnullis alijs legitur: & paulò post, Ornata, in iisdem non est: in quo culpam fuisse librarij puto.

118 Lysippi aut Antiphili. Et crebra. Antea in excusis, Aut Antiphili uidebis. id uerbum in nullo antiquo à me repertum est. supra etiam in iisdem Mea, non Meam: quod huic scripturæ respondet. In optimo exemplari nota ad hunc locum adposita erat, ea de causa puto, quia deprauatum illic nomen posterioris artificis. Ante philu,

enim

enim scriptum erat.

Et quid igitur inquit est. Antiqua lectio deprava: sic enim habent meliores codices, Et quid gus inquit, &c. 179

Et ea, & urbana. In excusis antea, Et rustica scilicet, & urbana. Germanam huius loci lectionem esse arbitror, quam restitui, in optimis enim exemplaribus eam inueni: uitium, ut puto, inde factum est, quod cum nonnulli nimis obscure hic locutum Varroem putarent, addiderunt ad uerbum Ea, scilicet urbana. Imperiti postea librarij declarationem receperunt, & uerbum quod declaratum fuerat, reliquerunt. Sunt tamen hæc leues coniecturae, & quæ nihil firmitatis habent. 179

Quam hinc a pros macellarios Seius. Totus locus uariatus, in quo ego auctoritatem ueterum librorum secutus sum. Modicam libertatem, quam mihi permisi, nunc patefaciam: eaq; me non intemperanter usum declarabo. In cunctis antiquis Eius, extrema uox erat, ex qua una addita litera, Seius feci: prior dictio in eandem literam desinebat: quare minore licentia inde illa sumi potuit. De Seio multis locis in his libris, & non multo post hic etiam mentio est. Miliarios, antea in excusis erat. 179

Non ne item L. Albutius, Nihil immutauit: in optimis tamen exemplaribus hic Abuccius. Iterum idem nomen hoc ipso in libro, ubi de Pauonibus agit, & in excusis Albutius est. Ut quidem Abuccius habebat. T. Albutius uir doctus, ac optimis studijs deditus, Athenis uixit, ut Cicero in quinta quaestione Tusculana ostendit: fuitq; Albutius ille, de quo Lucilius in Satyra uenuste scripsit, cuius carmen in primo libro de Finibus Cicero adduxit. Hic, de quo M. Varro agit, uidetur Lucilium imitatus, 181

Et ipse Satyras scripsisse.

- 181 Ac uim, formamq; eius expone Merula non grauate. Elegantior est antiqua hæc lectio, quam restitui, duobus uerbis immutatis. Sic etiam Cicero locutus est, in primo de Oratore: Cum uobis, non meo iudicio, sed uestro studio inductus, non grauate respondero.
- 182 Septa afficta uillæ. Afficta, scripsi è uetustis libris: antea enim in excusis Affixa. Vbi de columbis agit, in manuscriptis, et forma excusis pariter, Sub ordines singulos tabule fictæ. non multo post in antiquis tantum, Duabus uirgis uiscatis defictis, &c. De Gallinis, Aut exculpta, aut afficta firmiter: etiam in impressis.
- 183 Et nata nutrire faginareq;. Dissentit à communi hac, antiqua lectio: quam si non recepi, tamen notam esse uolo: Nutricari, faginisq;, &c.
- 184 Quam tum habebant totæ uillæ. Vetus lectio, Tutas uillas. Tutas autem, pro Totas: ut in iisdem libris Rutundum, sepe pro Rotundum.
- 185 E' tuo flumine. Sic legimus in optimo codice, alijsq; nonnullis. in excusis antea, E' uicino. Vetus lectio hunc sensum habere potest, ut Merula ad M. Varronem aspiciat, qui sub Casino uillam habuit, ut è consequente etiam capite intelligitur. Infra de eodem fluuio, Cum habeã sub oppido Casino flumen, quod per uillam fluat, &c. In eodem etiam codice, Immidium, non Minidium scriptum inuenimus.
- 186 Vnde, non ubi sumuntur pingues turdi. Hunc etiam locum restitui: antea in omnibus excusis, Vnde non nulli, &c. insulso, ac frigido sensu: non enim dici potest, quanto elegantior, ac suauior sit uetus lectio. Iocatur in uerbo Sumuntur, quod simplicem intellectum non habet

habet: nam Sumere, & manu capere, & ore significat, id est comedere, ac deuorare. Ostēdit igitur, se loqui uelle de ornithone, è quo promuntur turdi: non in quo, apparato conuiuio, eduntur: supra enim dixerat, esse auarij genus oblectationis causa constructum, in quo delicatè cœnitarent: sed politi ingenij homo facetè, & iocose hæc exponit. Ostendim nō multo pōst iterum hoc uerbo eodem intellectu M. Varronem usum. Adducitur à Nonio Varronis hic locus Prometheo libro 11. Cū sumere cœpisset, uoluptas retineret, cū sat haberet, satias, manum de mensa tollere. In quo affirmari Sumere hoc intellectu usurpatum ab eo fuisse.

Tectorio tacta esse leui. Vetus hæc est lectio, quam 184 probaui. antea in excusis Tecta. Hoc in libro iterum, ubi de leporibus, Vt tectorio tacta sint, & sint alta. Idem error erat illic in excusis.

In hoc tecto, caueaꝑ. Nihil immutauit, antiquam 185 tamen scripturam notam esse uolo, si quid opis afferre possit ad locum restituendum: qui cum tantopere à ueteribus uestigijs discrepet, merito suspectus esse debet. In hoc tecto cauijs, quæ cauijs tabulata habeant aliquod adportat subplementum.

Atque alieno tempore uenditoris moriantur, 186 Sic etiam Lucretius inquit,
- aliena salutis eorum.

Et Cicero in primo questionum Academicarum ad Varronem, Et uno nomine omnia, quæ essent aliena firmæ, & constantis assensionis. antea in excusis, Alio casu uenditori.

Tum mihi tu dic illud, &c. Antiqui libri uitiosi: 187 sic enim habent, Multum dic illud, &c. Ne hoc quidem

dem occulere uolui.

- 186 Quæ est à Vinio fluuio. Fluuij nomen in antiquis perturbatum, non tamen receptam lectionem temere uariavi, ueterem tantum indicare uolo: illa autem hæc est, Quæ est animo fluuio. De uero fluuij nomine nihil compertum habeo: annis paulò post muliebri genere appellatur in fidelissimis libris, quemadmodum sepe à uetustis auctoribus appellatam Nonius docet, qui etiam Varonis ipsius hoc exemplum adducit, πρὶ πλούτου libro primo: In hac ciuitate agros colunt arenosos: propter hos fluit annis, quam olim Albulam dicunt uocitatam.
- 186 Qua iter in aream est. Antiqua hic etiã lectio perturbata, & sanè totum caput crebrioribus maculis inquinatum: Qua introitus itur in aream est. Quomodo corrigi locus debeat, si uitium etiam in communi est, non uideo.
- 186 Quibus cibus ministratur per retem. Et hinc, & alijs etiam locis uirili genere in antiquis libris, Retis, à Varrone usurpatur. Sed Plautus etiam Rudente ita illum appellauit: alij uetusti scriptores, ut Grãmatici testantur.
- 187 Circum falere & naualia. In excusis antea, Natatilia: In cunctis manu scriptis, Naualia. cur tantum consensum ueterum codicum damnarem, non fuit.
- 187 Epitonijs uersis. Antea in excusis, Epistomijs: uerriorem esse Epitonijs, lectionem putavi: nam ita in cunctis manu scriptis inueni, & huic rei uocabulum hoc ualde accommodatum est, quo etiam Vlpianus iurisconsultus usus est, de Actionibus empti, & uenditi, L. Fundi. Castella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia, fistula appumbata, aut quæ terra continentur, quamuis non sint affixa, adium esse constat. Vidi etiam uetustissimum Vitruuij

truij codicem, in quo ita hic locus è decimo libro scriptus
esset: Ratione uerò uectium uehementiore Spiritus fre-
quens cōpressus Epitonicorum aperturis influit. cūm ex-
cusi formis habeant, Epistomiorum. Epitonia, ut nomen
ostēdit, instrumēta sunt, quibus chordæ funesq; intēdūtur.

Stella lucifer interdū, noctu hesperus. Magnifi- 187
cè hic ornithon, uel delicatè potius constructus erat, si in
eo siderum etiam cursus conspiciebatur, & stellarum erat
ortus, obitusq; descriptus. Prisci illi cœlestis rationis igna-
ri, diuersas stellas Phosphorū, & Hesperum existimabant.
Parmenides primus unam, eandemq; esse inuestigauit: alij
Pythagoram dixerunt. φωσφορος Latino nomine Var-
ro Luciferum appellauit. Catullus, quò ἠεσπερος Latine
exprimeret, Noctifer finxit: nam uesper à Græco uoca-
bulo declinata, Græca uox uidetur: in Epithalamio au-
tem hoc fecit, uersiculo illo:

Nimirum Oeteos ostendit Noctifer ignis.

Ita enim corrigendus est: excusi alij Eeos, alij Aetherios
habent, manu scripti Oeteos. ita autem legendum esse
testimonio etiam optimi Poëtæ confirmatur: qui in pa-
storali carmine inquit,

Sparge marite nuces tibi deserit Hesperus Oetam.

id est, nox fit, & Vesper iam surgit: ex eo enim monte no-
cte aduentante Stellæ surgere uidebantur: Illud autem si-
gnum expectabatur, statimq; uirgo domum mariti dedu-
cebatur. Eo igitur uiso, iuuenes quid dicturi essent, secum
cogitare cœperunt. Contrà puellæ, studio iuuenū animad-
uerso, cognouerunt Vesperum exortum: ante enim or-
tum illius non erat necesse festinare. Est autem Epithala-
mium illud è genere eorum, quæ Græci (quòd ab ortu
Vesperis ad mediam usque noctem canerentur, donec so-

num caperent) καὶ καὶ καὶ καὶ καὶ appellabant.

- 188 Fortasse ante eum duceret ferram. Nihil hîc immutavi, suspectum tamen locum habeo : nam, Ante se, nisi fallor, recta sermonis ratio, ut scriberetur, poscere uidebatur (Quamquam Cicero eodem modo uidetur illud protulisse, initio primi libri Acad. questionum ad Varronem: Nuntiatum est nobis à M. Varrone uenisse cum Romapridie uesperî). Præterea antiquos libros diuersos offendi. in optimo codice, alijsq; Ante cum duceret, &c. In semiuctere, Ante conduceret. Hunc igitur locum alijs discutiendum relinquo.
- 189 M. Aufidius Lurco. In cognomine discrepant antiqui codices : Lyrcho enim in illis est, nec tamen aliquid uariaui. M. Lurconis mentionē fecit Cicero pro L. Flacco : an idem sit, dijudicari non potest: tempora certè, quin iudem esse potuerint, non impediunt. Itaque eodem etiam M. Lurco uir optimus, meus familiaris, conuertit aculeum testimonij sui. Apud Plinium quoque, qui eandem rem, quam Varro narrat, Aufidij cognomen Lurco est.
- 190 Sami in luco Iunonis. Hoc etiam apud Athenæum libro XIII. legimus : Μινώιδετ θ ἡ δ σαμί θ ἐν τῷ περὶ τ καὶ τ ἐρὸν τ ἄλλας ἡρας φησὶν. οἱ τοιοῖοι ἐσσι εἰσι τ ἡρας καὶ μίωιδε πρώτιστοι καὶ ἐννοῦν καὶ ἐπρά φησὶν ἐν σαμί καὶ ἐν τῷ δειν ἄς τὸς ἔξω τόπος διεσθῆσθαι. Cuius etiam rei Athenæus testimonia adducit ueterum Poëtarum. nam inde quoque natum inquit, ut in nomismate Samio Pauo exculptus esset.
- 191 Refert in testabilem eam, in qua, &c. Veterem lectionem reposui : sed quia non omnino de fidelitate ipsius securus sum, ideo ad eam notam adposui. Confido tamen, si maculam aliquam habeat, non magnam illam esse, & multo

multo meliorem hanc, quàm communem, ac peruulgatam iudico: quam puto ab emendatore aliquo ita concinnatam fuisse. In excusis autem hæc erat, In id tectum, in quo Pauones habet, quod magnum, &c.

Primus hos Q. Hortensius. Multa de Pauonibus 189 libro, quo antea ostendimus, exposuit Athenæus: nō pauciora idem etiam i x. libro. Aelianus quoque περί ψώνιδων, capite x x. Quinti libri plurima & ipse tradidit: nam hoc etiam, quod nunc à M. Varrone de Hortensio narratur, recitauit. Romanus enim homo, quamuis Græco sermone multa scripsisset, Romanas res egregiè callebat: non sine pœna tamen hoc ab Hortensio tentatum esse dicit: cum Varro apud probos solùm, & seueros homines illum offendisse narret: nam ab delicatis hominibus, & qui gutturis uoluptates sequuntur, potius Hortensium gratiam eo factò inisse ostendit. uerba Aeliani hæc sunt: Ὁρτένσιος ὁ ὁ ψωμῶν καταδύς ἐπὶ δειπνῶ τῶν πῦρ, ἐπιδή, ἐπιδή, in iudicium uocatus est, causam dixit: nisi aliquis putet pro ἐπιδή positum esse, id est condemnatus est. Addit etiam, Alexandrum Macedonem, aspectu harum auium apud Indos obstupuisse, eiq; qui Pauonem interfecisset, grauius minatum esse.

Augurali adijciali cœna. In excusis quibusdā me- 189 dia uox nō est, quæ in antiquis omnibus inuenitur. Plinius lib. x. cap. x x. cum hanc rem referret, id quoq; addidit: Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit Orator Hortensius adijciali cœna sacerdotij. Cogitandum etiam diligenter, an pro Augurali, Augur legi debeat.

Intus ternorum palmorum. In antiquis alio ge- 190 nere, Ternarum palmarū. Nihil immutauit: non enim legi, aut hunc ipsum alibi, aut alios bonos auctores, cum

mensuram intelligerent, muliebri genere Palmam appellasse.

192 **Assem semissem.** Antiquorum librorum lectio. In excusis, Ex asse semissem, antea legebatur.

192 **Ego quæ requiro farturæ à sura.** Excusi libri inter se diuersi, nedum solum ab antiquis discrepent. in uetustissimo, & optimo exemplari mendosus etiam locus est, eius scripturam hîc apponam: Ego quæ requiro farturæ assuræ, &c. In semiueteri pro Sarsuræ, Salsuræ, cetera eadem. Quomodo tam inquinatus locus purgari possit, planè non perspicio.

192 **Racemari non potui.** Ita emēdaui, rectè, ut opinor, modestè certe, & temperanter: uetus enim lectio Racemari, antea, Ratiocinari, incōmodè, nisi fallor, & insulsè legebatur. Verbum hoc, quod restitui, aliunde huc translatum est, & à uindemia sumptum: nam Racemationes etiam studia eorū dicebantur, qui post uindemiam factam relictos negligentia minutiores racemos colligerent: à Græcis ἐπιφυλλίδης racemi illi, quòd folijs tecti fallerēt facile, appellabantur. Id autem uerbum etiam aptissimè lepidissimus Poëta ad aliam rem transtulit, in fabula quam Βατραχὺς appellauit. ἐπιφυλλίδης ταῦτ' ἐστὶ τὸ σωμόλυμα.

193 **Tanagricos, & Medicos.** In antiquis libris Melicos, corruptè: quem errorem in suæ etiam ætatis imperitis hominibus refellit Columella: cùm enim & ipse de diuersis generibus Gallinarum ageret, inquit: Et Melicum, quod ab imperito uulgo, litera mutata, Melicum appellatur. Hoc etiam ante illum fecerat Varro: nam infra & ipse falsò Gallinas ita appellatas ostendit. Sex. tamen Pompeius multitudinis cōsuetudinem non contempsit, & uerbum id suo loco agnouit. Melicæ, inquit, Gallinæ, quòd
in Med

in Media id genus auium corporis amplissimi fiat. L, li-
tera pro D, substituta. Quemadmodum etiam in Gallia
nunc cisalpina Melica, pro Medica appellatur, qua ad
boues saginandos utuntur: unde etiam apud nos id genus
frugis Sagina appellatum est. Aliam tamen ab hac Me-
dicam ueterum fuisse, manifestum est: nomen tantum i-
psius in Italia conseruatum ipsa perijt: & id etiam aliæ
frugi adtributum, quæ & noua in hac terra est, & dese-
ctum illius supplet: non tamen omni pecori, cui antiqua
hæc, utilis est: nam equi etiam illa alebantur, ut Aristo-
phanes Equitibus (ita enim fabulam appellauit) osten-
dit: cum enim equos ipsorum laudaret, inquit alio genere
cibi illos uti, ac cæteri equi faciant:

Ἡδιον ὃ παύρουσ ἀντὶ πῶας κινδύης.

In pariete exculpta sint cubilia earum. Duo le- 194
guntur in manu scriptis codicibus, quæ non recepi. Ex-
clusa, enim hic, non Exculpta, habent: nec multo post,
ubi excusi, Posita sint cubilia, in iisdem, Plena sint &c.

Potius uetulis quàm pullastris, & quæ rostra
aut ungues &c. In excusis antea aliter legebatur: ipse 194
ope uetustorum codicum ita emendaui: in priore lectione
duo præcipiebantur, ut oua è uetulis gallinis, non pulla-
stris edita legerentur: & ut uetulis item gallinis suppo-
nerentur: in posteriore hac alterum tantum, ut uetulis
subijciantur, & quæ rostra, & ungues non habeant acu-
tos. Vnum tamen est in uetere scriptura, quod maculosum,
deprauatumq; olim iudicatum est: notam enim adposi-
tam habet, Pullitris, autem id est, quod pro pullastris in
antiquo scriptum est.

Quod in eis uitales uenas &c. Omne etiam paruum 194
mendum tollere cupimus, nec aliquam tam pusillam labem

h s esse

esse credimus, quæ in tam polito scriptore molesta non sit. Antiqua igitur lectio, Quod inanes vitales &c. Corrupta illa quidem manifestò : animaduertant tamen studiosi, an uerba quæ excusi habent (In eis, inquam) uacent, & ab aliquo correctore reposita sint, qui deprauatam uocem Inanes, restituere concupiuerit : potuit enim imprudentia librarius labi : & cum superior perioche ab eodè uerbo incipiat, ac post id, Inane, habeat, dum se credidit hanc exscribere, primam illius partem exscripsisse, postea errore cognito id delere non curasse.

195 Vt se uolutare possint, &c. Antiqua lectio diuersa, receptam tamen retinui, quæ commoda est, & omni uitio caret, neq; tamen ob id etiam uetus repudiari potest, Vt uolitare possint. Communem adiuuat Columella, qui puluerem, & cinerem, ubi gallinæ degunt, reponi debere docet, idq; sententia Heracleti Ephesij confirmat. Veterem Varro ipse, qui sine puluere aërem ipsum aperitum columbas reficere posse tradit : Libero aëre, cum exierint in agros, redintegrentur. Quod enim columbis prodest, gallinas etiam adiuuare uerisimile est.

196 Intiminium, Album, ingaunum. Vetus hæc est lectio : nam, Vintimilium, quod antea in excusis erat, manifestò corruptum. Quamuis enim nunc uulgò oppidum ea in regione ita appelletur, deprauatum id uocabulum est, ac uestigia tantum retinet prisca nominis. Intemelium Strabo uocat, ac Intemelios populos, quos etiam Cælius in epistola ad Ciceronem appellat. Pro, Album, ingaunum : fortasse, Albingaunum, legendum.

196 In triclinium ganearium. Prisca lectio diuersa est, Genanium : nec tamen ab omni macula illam mundam esse affirmarim. In Lexico, quod magnifico nomine Thesaur

saorum Latinae linguae appellarunt, *Triclinium* gentium scriptum: ita enim habebant libri Varronis, primis huius noui reperti excudēdi libros tēporibus impressi: nec tamen aliquid addiderunt, quod eam lectionē adiuuaret.

Et angustum, & tenebricosum. Sic omnes manu scripti codices. Antea in excusis, *Tenebrosum*. Veterem lectionem commendat sermo doctissimi, & elegantissimi poētae, *Qui nunc it per iter tenebricosum*. Libro etiam IIII. rerum humanarum M. Varro (ut apud Nonium legitur) *Specum tenebricosum* appellauit.

Et lux pinguitudini inimica. Antiqui omnes libri, *Pinguitudinis uindicta: quam ueterem scripturam nec omnino contemnere debeo, nec explicare adhuc possum*.

Anseribus admittendis &c. Ita castigauit ē uetustis codicibus, parua correctione adhibita: uetus lectio, *Anseribus admittendum nō tempus. Antea in excusis, Ad amittendum tempus. &c.* Columella iudicium meum confirmat, qui inquit, *Anseribus admittendis tempus aptissimum, & quae sequuntur*.

Saliunt ferē in aqua, dum se mergunt &c. *Vetus lectio à communi diuersa: In aqua inungentur in flumen &c.* *Communi, ac peruulgata non ualde delector, otiosa enim, & inanis posterior sententia mihi uidetur: Satis enim id aperuerat, cum dixerat, anseres in aqua coire. Antiquam omni mendo uacare, affirmare non auisim: nec tamen illam negligendam puto, quae in tot uetustissimis libris inuenitur. Plinius breuius hunc locum persecutus est: Anseres in aqua coeunt, pariunt uere.*

Notandum earum oua. Recentiores Graeci de re rustica auctores multa à Varrone acceperunt: eorum autem plures sententiae in commentarijs, ad Constantinum missis

missis, collectæ sunt. Nam hæc etiam præcepta Varronis à Quintilijs in Græcum sermonem translata sunt, libro

XIIII. ³⁹¹ Δὲ δὲ σημεῖα δὲ ἰκάνης χηνὸς τὰ ὠὰ διὰ χαρακτῆρων πνῶν, καὶ ταῦτα ὑποπτεῖναι τῆ μητρὶ. τὰ γὰρ

197 ἀλλότρια, τὸ τὸ γένος ἢ θάλπει. Δὲ ἡ ὑποπτεῖναι ὠὰ ἕως τῶν θ.

In quis non includant. Antiqui libri, In quæ non inducant. Infra tamen, Cùm autem sunt inclusi in has, aut speluncas, ut dixi. Significare enim uidetur non solum se eandem sententiam antea, sed ijsdem etiam uer-

198 bis protulisse: nam sensum uetus lectio non uariaret.

Ne si eo inegerint. Elegantior hæc est lectio, quam restitui, è ueteribus sanè libris accepta. Ostendi antea sæpe Varronem hoc uerbum usurpasse. Inigere anseres, ut inigere pecus, dictum est: parua labes in antiqua scriptura erat, si labes illa dici debet, Ne si eo inecerint. Vnius igitur literæ correctio, quicquid erat maculæ, sustulit.

198 Quotienscunque sumpserunt, locus &c. Qui Sumere, apud bonos auctores cibum capere significare non animaduertent, omnia hic perturbant: uerba audacter commutant, interpunctiones non suo loco posuerant, superiorem sententiam contaminant: quæ omnia uitia ab antiquis libris longè absunt. Intellectus autem nunc tam apertus, ut declaratione non egeat: nos etiam in sermone nostro patrio, uerbo quod huic respondet, eodè sensu sæpe utimur, & pro comedere usurpamus.

198 Quod ipsi amant. Et hic, & paulo post iterum, muliebri genere in antiquis libris Anseres appellantur: nihil tamen uariatum: nam supra, cùm de illis agere cepit, in ijsdem etiam antiquis libris uirili genere uocantur.

100 Mares ut foeminas. In excusis antea, Mares in foeminas, corruptè: uetus lectio & uera, & elegans est:

neq; enim, inquit, diligentiam adhibere oportet, ut tot mares, quot foeminae intromittantur: nam & si omnes mares, aut omnes foeminas intromiseris, citò tamen leporarium impleueris: utranq; enim naturam lepores habere existimati sunt: quod a Democrito etiam in Geoponicis accuratè traditur: & ab Aeliano libro xiiii. cap. xii. περί ιδιότητ^{ος} τ^{ης} ζώων. Cuius uerba adponam: nondum enim scriptor ille formis excusus, ac peruulgatus est: Θηρατο δὲ ἀνδρὸς καὶ τὰ ἕτερα ἀγαθοῦ, οἷου μὴ ἀρ^ε ψεύσασθαι λόγον ἠκούσα καὶ αὐτῷ πεπίστευκα. καὶ δὴ καὶ διὰ ταῦτα ἐρήσεια. τίς γάρ δὴ καὶ ἀρρένας λαγῶς ἔλεγε καὶ ἔχειν παιδωποιῦν τε ἅμα καὶ ὠδίνειν ὡς τῆς φύσεως μὴ ἀμοιρεῖν ἰστίρας καὶ ὡς ἐκτρέφει τεκῶν ἔλεγε καὶ ὡς ἀποτίκτει καὶ δούσων καὶ τρία καὶ τοσοῦμα μαρτύρησι. & ea quae sequuntur: addit enim alia non minus admirabilia. Plinius etiam ab Archelao id affirmari narrat.

Quod eum Aeolis Bœotij leporim. Nescio an in his uerbis mendum sit, antiqua certè lectio diuersa, quae tamen ualde perturbata est: Aeolis & bonum leporum. Suspicio ex ingenio ab aliquo correctore, ut nunc in excusis legitur, conformatum fuisse: melius ne corrigi locus queat, eruditi, & ingeniosi uiri uidebunt. In v. libro de lingua Latina aliter de huius uocis etymo Varro sentit. Lepus, quod è Siculis quidam Græci dicunt λέπωριν. A Roma quòd orti Siculi, ut annales ueteres nostri dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt, & hic reliquerunt, id nomen.

Vbi tanta circumfluxit. &c. Vetus lectio diuersa est, Vt tantum circumfluxerit nos. Quam tamen non recepi, nec probari posse puto, nisi uitium sit in his, quae sequuntur, Varronis uerbis: eruditiores tamen de hoc etiam statuent.

Aqua

202 Aqua inquam finiendæ. Antea, Cludendæ, elegans hoc uerbum, & ualde hîc accommodatum, è ueteribus libris sumpsi, nec multo post interpunctiones suo loco collocavi: antea enim malè distincta oratio, omnem sensum confundebat.

202 Ita ut in eas L X X X. &c. Ita locum restitui ope uetustorum codicum, ex ingenio tamen, quod desiderari uidebatur, addidi. Quò autem studiosi, rectè ne hac libertate usus sim, iudicare possint, ueterem lectionem adponam: Ita ut eas L X X X. quadrantes coici possint. Alij nimis omnia explanare uoluerant.

203 Cum cumulatim positum est. Antiqua lectio deprauata, quam corrigere nequii. ut alij in hoc laborent, eam omnibus proponam, & uitia peruulgatæ ostendam. Optimus, ac uetustissimus codex, Quibus in tenebris cumularim positum est in doleis. Mediæ uetustatis liber, qui semper mendosior esse consueuit, Quibus in tenebris cliuulatim positum &c. Quanquam hylarint, posse pro cliuulatim, legi, supra ille adnotatum habet. Malè habitum esse olim hunc locum omnes nunc uideri possunt. In communi, Cum cumulatim, & sono uocis, & sententia etiam non ualde mihi satis facit.

203 Βοὸς φειμένυς περιμένει τέκνα. Cum alijs omnibus in locis literis Græcis Græcæ uoces in optimo exemplari scriptæ sint, hic tantum Latinis: quare magis laboraui. Tertiam dictionem mendum continere puto: non enim conuenit illi cum uetustis uestigijs, nec sensum præterea ullum idoneum habet. Notas quas pro illa inueni accurate exprimam, Pepianem mina: ex ijs quamuis conatus fuerim, nihil quod firmum esset, elicere potui: nam quod φειμένυς, quam φεινομένυς scribere malui, dedi id antiquorum

quorum librorum auctoritati.

Ἴππων μὲν σφῆκες. Duo hic antea hexametri uersus 204
erant, qui parum immutatis uocibus eandem penitus sen-
tentiam habebant: posteriorem illorum abundare existi-
maui: eius enim in manuscriptis codicibus uestigium nul-
lum inueni, priorem retinui. Quem deleui Simplicius in
primum Aristotelis φυσικῆς ἀπορώσεως adducit, ⁵². Οἷον
ἂ κῦρον ἐξ ἵππου ἢ μέλλον σφῆκες ἐξ ἵππου ἢ μελιταίου ἐκ
ταύρου. Ἴπποι γὰρ σφῆκῶν γίνεσις ταῦτοι ὃ μελιτῶν. Et si
apud eum quoq; aliquantulum uariatus est. Ut autem li-
berè quod sentio proferam: arbitror olim in diuersis M.
Varronis exemplaribus diuersè illum legi solitum, aut ab
alijs etiam scriptoribus aliter pronuntiatum: undè non-
nulli insulsè existimauerunt, utrunque in hoc loco neces-
sarium esse.

Intus opus faciunt. Vetusta hæc lectio, quam ue- 204
riorem puto: antea in excusis, Intus fauos melle far-
ciunt. Nam quod paulo post inquit M. Varro, Fauus ue-
nit in altaria: ad rem diuinam ueteres fauos adhibere so-
litos manifestum est. Euripides Iphigenia in Tauris,

Καὶ τῆς θρέας ἀνθεμῶν ῥῶτον γάνθη,

Ξανθῆς μελίανθις ἐς πύρ ἱμβάλῳ σέθεν.

Itaque nulla harum absidit &c. Totum hunc lo- 204
cum Didymus à Varrone accepit, in Geoponicis ⁴¹³.
Ἐστὶ δὲ καθαρόν ὑπερβολῆ τὸ ἴσον, ἔστιν ἢ δυώδεκα καὶ
ἑκατὰ πρὸς ἄλλον, οὔτε λίχνον. οὔτε γὰρ σφῆκι. &c.

Non ut muscæ ligurriunt. Duo rr, hoc uerbum 204
habere in optimis exemplaribus, & hic, & apud Teren-
tium obseruauit, In Eunuchio: Quæ cum amatore suo cum
cenant, ligurriunt. Ligurriunt enim, flosculos epularum
carpunt, & deliciores dapes studiosè sectantur: quem
sen

sensum in Adelphis alijs uerbis expressit, Atq; unum, quod quidem erit bellissimum, carpan.

204 Numero redducunt. In antiquis duo dd, hoc uerbum habet, & sanè sepe ueteres ita scribere solebant, ut Grammatici etiam ostendunt, & testimonio optimorum auctorum confirmant. Sententia autem ab Aristotele accepta est: ὁμοῦσι ἢ χαίρειν αἰ μέλιττα καὶ τῷ κρότῳ, διὸ καὶ κροτῶντες φασι καίθειν αὐτὰς εἰς τὸς μῖνος ὀσπράκεις τε καὶ φόροις.

205 Ita que insectantes à se eiciunt fucos. Ita ex antiquis codicibus emendaui. uetus lectio paruam maculam habebat, quam deleui. Itaq; impectantes &c. Vnius igitur literæ correctio totam rem confecit.

205 Physicam addiscat. Nihil hic uariavi, uetustam tamen scripturam proponam, quæ siquid in se boni habet, ualde hic perturbatum, ac obscuratum habet: Physicam achiscat.

205 Nunc cursu lampada tibi trado. Ductum esse hunc sermonem à ludis, quos Athenis faciebant, & λαμπάδουχοι ἁγῶνα appellabant, manifestum est. è Latinis auctoribus Lucretius etiam elegantissimè inde translatis nominibus inquit,

Et quasi uitai cursores lampada tradunt.

Plato περὶ νόμων libro v i. de eadem, qua Latinus poëta, re agens, eodem pacto locutus est: Γενῶντας καὶ ἐκτρέφοντας παῖδας, καθάπερ λαμπάδα ἢ βίον παραδιδόντας ἄλλοις ἐξ ἄλλων.

205 Quidam μέλινον appellant. Optimum exemplar, Mellinen, habet: nihil tamen immutavi. Μελιτῶναρον, quam eandem μελισσόφυλλον, & μελίφυλλον uocabant, appellasse Dioscoridem & Nicandrum Colophoniu, manifestum est. De tertio hoc nomine Varronis planè mihi non constat.

Vbi sint, alij faciunt &c. Excusi antea, Aluos ubi 206
 sint. Quarum primam uocem superuacaneam esse duxi, &
 quod in manu scriptis non inueni, & quod sine illa sensus
 pulchrè constaret. Vbi sint, enim appellauit domicilia
 ipsarum: quod etiam confirmari his, quæ postea à Var-
 rone dicuntur, potest: cum enim ex qua materia fierent
 copiosè docuisset, iam illas Aluos cœpit appellare. Hæc
 omnia uocant à mellis alimonio, aluos. Quomodo enim
 debuit eo uerbo uti, antequam uim illius exposuisset?

Vitiles fimo bubulo oblinunt intus. Antea, Fi- 206
 ctiles, in excusis. Vitiles emendaui, & auctoritate ueterum
 codicum, & ratione ita suadente. Fictilia enim uasa per se
 intus & extra læuia sunt, nec asperitatē ullam habēt: quo
 uitio laborare dixit utiles aluos, nisi remedium adhibea-
 tur: nam Vitilia, ut quallos, cistas, & quicquid ex uimini-
 bus fit, aspera esse constat. Vitile autem appellant Latini
 scriptores, quod lentum est, & facile flectitur. Plinius ui-
 tilibus nauigijs, corio circūfucis, Britannos nauigare dixit.
 Idem etiā lib. x i i i. cap. i i i i. de quodā genere palmarū
 agens, inquit: Folio latiore, ac molli, ad uitilia utilissimo.

Ne si non animaduenterint, inopiam escæ ha- 208
 buisse. &c. Receptam lectionem retinui, & si illam non
 bene firmam puto: nam præterquam quod à uetere dissen-
 tit, per se etiam mihi ualde suspecta est. Vetus ipsa contur-
 bator, & mendosior, nisi uestigia seruet ueræ lectionis.
 Cum maiorē nullam opem studiosis dare possim, priscā scri-
 pturam illis ostendam: Ne cum animaduenterint, aut
 inopiam esse habuisse dicitis ait cum sint apes &c.

Quod est aliud melle, propoli. Ita in manu scriptis 208
 antiquioribus scriptū inueni: qui modus loquēdi quamuis
 rarior sit, ab optimis tamē auctoribus usurpatur. Locus ille

ex epistola Bruti & Cassij ad Antonium ita legitur in fidelissimo exemplari: Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud libertate communi quaesisse, exitus declarat. Eadem ratione Flaccus in epistola ad Quintium uidetur illud dixisse:

Néue putes alium sapiente bonoq; beatum.

208 Quod fit è malo & pyris syluestribus cibum, & mel. In excusis antea, Ceram, & mel: cuncti manuscripti, Circum & mel, habent. Cibum, coniectura ductus emendauit, nã uetus lectio maculam habebat, quam sic deleri posse censui. Adiuuat autem iudiciũ meum, quod infra è papauere præberi dicit ceram & mel: & aliter duplex hoc ministerium appellat, id est à superiore diuersum.

209 Ita ut ne altitudine ascēdat. Antea in excusis, Descendat, mendosè. Inde natus error uidetur, quòd in manuscriptis Ascendat. Obseruaui autẽ in priscis exemplaribus sæpe hoc uerbum ita scriptum esse, ut in primo libro Varronis: È uinea in arbores escendit uitis. Item eodem libro, In carnarium escendat.

209 Vno tempore, ne potu &c. Et manuscripti omnes codices, & formis etiam excusi nonnulli, ita legunt: nam alij uno tenore, mendosè.

209 Quum foras hyeme &c. Valdè à priore lectione locus immutatus: nam sententiã, non uerba solũ, uariatam habet. Modica in hac re licentia usus sum: ut tamen fidem meam exoluam, ueterem hic scripturam adponam, & quid secutus sim, omnibus aperiam: Adponunt ibi, quo oras hyeme in pabulum procedere tamen possunt. Ex perturbatis illis uocibus, Quo oras: Quum foras, finxi: cetera ut illic erant, à priscis libris sumpsit, idoneumq; sensum habere hanc lectionem puto. Alij sunt, inquit, qui
magis

magis apibus prospiciunt, & commodis eorum obsequuntur, qui hyeme cum in pabulum tamen procedere possunt, quia sciunt asperum id anni tempus esse, nec aliquid eas inuenire, quo ali possint, adponunt & c.

Cum plenas aluos habent & c. Locus, nisi fallor, 210 mendosissimus, & studio emendatorum quorundam ita concinnatus: antiqua certe scriptura diuersissima: quæ tamē ita deprauata sit, ut eā me corrigere posse, diffusus sim. Alij forsasse maioris ingenij, ac doctrinæ uiri, eū diligētia adhibita restituent, aut pro desperato locus habebitur. Vetus lectio, Ex ipsis uiris aluos habeat uem cōgerminarit coniecturā, & c. Ita in cunctis manu scriptis muro cōsensu legitur.

Et si opercula alui cū remota sint. Antiqua lectio 210 maculosa, cuius etiam uitia accurato librario cognita fuerint: nam notam ad eam, quam solet, adposuit. Sic igitur in prisca libris, Et si opercula aluum cum remoreissi.

Fauis qui eximuntur, & c. E' ueteris libris ita scripsi. 210 Animaduertendus modus loquendi: nam in excusis antea, Fauorum qui eximuntur, & c. Quo autē ratio ueteris scripturæ intelligatur, totū locum, ut in optimo exemplari scriptū inueni, hic adponā, Fauis qui eximuntur. Si qua pars nihil habet, aut habet in cunatū, cultello præficatur.

Antequam ipsæ prouiderint id fore. In cunctis 211 excusis perperam interpunctiones collocatæ erāt: in nonnullis præterea corruptè Ferè, pro Fore, legebatur: omnes maculas deleui. Quòd autē prouidentiam in apibus esse inquit, accepit id ab Aristotele, à quo magnā partem horum præceptorum de apibus mutuatus est: Προνοώσκεισι ἔ, inquit ille, καὶ χειμῶνας καὶ ὕδωρ αἱ μέλιττα. σημεῖον ἔ: ἔκ ἀποπέπονται γὰρ ἀλλ' ἐν τῇ ἐνδείᾳ αὐτῶ ἀνελεῖνται ὁ γινώσκουσι οἱ μέλιττοι γοῖς καὶ χειμῶνα προσδέχονται.

- 211 Ac tepido prono ad meridiem. Locus deprauatus, ut faciliè, qui accuratè attendat, animaduertet. Vetus etiam lectio perturbata, ac uitiosa, quæ in optimo etiam exemplari mendæ notam adpositam habet: eam autem ut unusquisque in ipsa purganda ingenium exercere possit, cum fide proponam: Ac tepido promum è die quam maximè, &c.
- 211 Infriandum paulo plus, &c. Sic in omnibus manuscriptis inuenio: antea, Infricandum, nisi fallor, mendosè: quod etiam ex ijs uerbis, quæ M. Varro addit, cognosci potest: ne dum enim illas fricari utile esse censeat, manu tangi non uult: cuius rei ratio aperta est, Columella, & Plinius totam hanc rem & ipsi diligenter tradiderunt.
- 211 A præcone renuntiari. Vetus lectio uitiosa est, & aut sine causa à cõmuni discrepat, aut siquid in se boni habet, ita maculis coopertū habet, ut à me illud erui non potuerit: eam tamen hic adponam, A præcone recinij.
- 212 Vbi discolors sint ceræ. Antea in excusis, Vbi diuersi colores sint discreti. Ita emendauit ex priscis exemplaribus, modica mihi libertate permissa: in illis enim, Vbi discolors sint cetera. Si cui iudicium meum displicebit, poterit is ex antiquis uestigijs ueriores lectionem indagare.
- 212 Ad tibicinem Græcum. Optimus, ac uetustissimus codex, Tubicinam Græcum. Quæ postrema uerba in eo sunt: reliquū enim libri defecit. Hinc autem integritas eius codicis intelligi potest, quòd extremum hunc librum multæ, ac magnæ maculæ statim occuparunt: quæ antea superstitè illo non tam licenter uagabantur, aut si improbius se extulissent, poterāt coerceri. Ipse nunc eo præsidio destitutus, quid faciã, non habeo: quamuis enim plures ma
nu scr

nu scriptos libros consulere possim, certum tamen ducent, quo confidam non habeo: ille autem saepe mihi in malis rebus subuenire solebat. Sed maius etiã damnũ fecimus, quòd antiquus rei rusticæ scriptor, si hic liber temporis iniurias subterfugere potuisset, unã cum eo conseruatus esset: & alium, quem tamen habemus, emendatiorem ut puto, haberemus. Sed his nunc relictis, locos nonnullos uitiosos in ultimo hoc margine libri uideamus.

Insulas ludinorum ibi corrosas. Manuscripti nonnulli habent, Ludanorum: alij, Ludoanorum. Vltima harum etiam uox in diuersis libris uariè scripta: Concussas, enim quidam habent, quidam Circusas, alij Corussas. Nihil mendosius, aut negligentius scriptum extrema hac parte dici potest. Fortasse legendum Insulas ludiorum. De sacris autem quibusdã piscibus egit Aelianus, περὶ ἰδιότητος τῶν ἰσῶν, lib. x i i. primo capite, cuius titulus est, περὶ τῶν ἰερῶν ἰχθύων τῶν παρὰ μυρῆσαι. Trigesimo etiam primo capite eiusdem libri inquit, χειροθέεις ὁ ἰχθύς καὶ ὑπακούοντες τῇ κλήσει καὶ προφᾶς ὁσμένεως ἀχομένοι πολλὰ χόθι καὶ εἰσὶ καὶ τρέφονται &c.

Cum mare turbaretur. In manuscriptis serè Turbaret: nihil tamen immutauit. Erant & aliæ uarietates, scriptura tamen ita perturbata, ut ualde in hac parte laborare me piguerit.

Rhedarias ut tibi haberes mulas. Mulas, non Mulos, in omnibus manuscriptis inueni: Mulas autem ad rhedas iungere ueteres consueuisse, ostendit etiam Vlpianus de ædilitio edicto. L. ædiles aiunt, qui iumenta uendunt.

In Baiano autem tanta, Mediæ uetustatis liber, In Baiano autem ardis tanta, alij, In Baiano aut ardis.

Quum igitur manu scripti tam diuersi sint, uereor ne hic aliquod mendum lateat.

- 213 Vt suam pecuniam. &c. Manu scripti omnes quos uidi, Vel ut suam. Plura etiã erant in ijsdem libris à com muni lectione discrepantia. Sed adeo maculosa, ut magis potuerint impedimento, quàm auxilio esse ad locos, si qui uitiosi sunt, purgandos : quare finem hic faciam.

P E T R I V I

CTORII IN COLV M E L -
LAE, DE RE RVSTICA,
libros, castigatio-
nes.



EC nulla, nec multa in Columella emen dau: neq; enim tantum studium in eo restituendo, quantum in superioribus duobus auctoribus posui, neq; tamen non conatus sum aliquid ei opis diligentia mea afferre : quæ uariauerim maioris momenti hic adnotata erunt : quorum autem codicum auxilio id fecerim, nunc declarabo : duos enim habui, quorum alter in Diui Marci bibliotheca seruatur, alter ab Augustinianæ familiæ sodalibus, qui Diui Galli appellantur, possidetur. Priorem illum Nicolaus Niculus, doctus, & accuratus uir, sua manu exarauit, & quemadmodum suspicor è bono, & uetusto exemplari exscripsit : habuit enim ille magnam librorum copiam, & non paucos etiam ueteres auctores suo labore, & opera descripsit : Hæ enim erant deliciæ ipsius, & in ijs se rebus oblectabat. Vt copiosus autem homo, & lo-
cuples,

cuples, summa in hoc studio cura posita, magnam supelle-
 tilem librorum sibi comparauit, quos postea omnes Mar-
 cianæ sodalitati testamento legauit. Omnibus igitur quot
 potuit modis studiosis literarum prodesse uoluit: nam dum
 uixit, totum penè in libris emendis patrimonium effudit:
 & moriens, ut eorundem usibus paterent, in publico loco
 ipsos collocauit, curæq; honestissimorum, ac diligentissi-
 morum hominum mandauit. Posterior liber in ampla
 quondam & ipse bibliotheca seruabatur, quam ædifica-
 rat, & plurimis antiquis monumentis refererat, Lauren-
 tius Medices splendidus, & illustris uir, extra portam,
 quam Diui Galli uulgò appellant, unde etiam sodales, qui
 sacellum ab eodem ibi magnificè erectum procurabant,
 uocati erant. Aedes autem sacra, & præclara illa sedes
 librorum superiore bello euersa est: quòd Saluti ciuium
 (ualde enim mœnibus urbis propinqua erat) officere
 posse uidebatur: multitudo tamen librorum ab iisdem in-
 tra urbem receptis custoditur: non tamen ut antea expli-
 cati sunt, sed in arcis quibusdam seruantur. Inde igitur de-
 prompsi antiquissimum Columellæ uolumen literis, quas
 Longobardas appellant, exaratum. Quæcunq; autem in
 hoc scriptore menda correxi, auxilio horum duorum
 exemplariorum correxi, quæ fortasse si accuratius
 pertractarentur, possent etiam alijs maculis
 delendis auxilio esse: non tamen illa adeo
 fidelia inueni, ut sine alijs confirma-
 tionibus auctoritatem eorum
 sequi tutum esse iu-
 dicarim.

*

i 4

E PRI

E P R I M O L I B R O
C O L U M E L =
L A E.



Ἡρακλῆς Πόντιος ἀπόλοιτ', ἢ μὴ γέτωρ κακὸς εἶη.
 Heraclides Ponticus, disertus uir, magnusq;
 philosophus, περὶ πολιτικῶν scripsit, nam
 hoc etiam significauit Cicero, cum in epi-
 stola ad Q. Fratrem de iudicio Sallustij loquens, quod de
 suis de Rep. libris faciebat, inquit: Præsertim cum essem,
 non Heraclides Ponticus, sed consularis: ille enim quam-
 uis de Rep. administranda accuratè scripsisset, in publicis
 rebus uersatus nunquam fuerat. Horum Heraclidis libro-
 rum ἐπιτομὴν in Medicæa bibliotheca inueni: qui autem
 excerpfit, maximè quæ de moribus institutisq; plurima-
 rum gentium agerent, collegit. Vbi igitur de Cumanis,
 qui Aeolidem incolebant, sermo est, docet consuetudinem
 eos habuisse, ut uicini contra fures, latronesq; arma cape-
 rent, & expilatis succurrerent: inde autem fit, inquit ille,
 ut pauca admodum amittant: omnes enim una mente res
 aliorum perinde, ac suas defendunt: unde nonnulli existi-
 marunt hoc protulisse Hesiodū, cum cecinit, Sed neq; bos
 unquam periret, nisi quis malum uicinū habeat. Respexis-
 se enim eum ad hunc Cumanorum morem, quem egregiè
 cognitum habebat: illinc enim oriundus erat. quod ipse
 quoq; in Poëmate suo testatus est: ait enim, patrem ipsius
 Diuum relictæ Cumæ Aeolide in Bœotium agrum migrasse.
 Eruditam, elegantemq; Hesiodij carminis declarationē ex
 abditis Græcorum monumentis erutam, non incommodè
 mihi uideor peruulgasse.

Pronuntiauit adhibēdum modum. Verba hinc
 Græca

Græca tollenda puto, nam Latinis uim illarum expressit Columella, nec in antiquis libris uestigium ipsorū uidetur. cum quibus uocibus Græci hanc sententiā proferrēt, quispiam in margine sui libri adscripsisset, librarius, aut corrector aliquis, operæ pretium se facere putauit, si ea huc inculcaret, ubi necessaria nullo modo sunt. Plinius etiam præceptū hoc Latinis uerbis enūtiavit lib. x viii. cap. vi. Imò hercule iudico, modū rerum omnium utilissimum.

E LIBRO II.

SEd quādoq; arabitur. Ambo manu scripti codices, Quandoq; , habent : formis antea excusi, Quandoq; : id quod non uno tantum hoc loco est, ut negligētia librarij hoc cōmissum esse uideri possit, sed nonnullis etiam alijs : ut in i i. libro, Quandoq; in usus prompserimus, integram lentem reperiemus. & in i i i i. Quandoq; igitur uinitor hoc opus obibit: nam posterioribus his etiam duobus locis in impressis, Quandocunq; , antea erat. Quādoq; igitur, non Quandocunq; dixit Columella. Sed hoc alij quoq; boni auctores fecisse reperientur. Seneca certè sic locutus est : & si nonnulli locū apud eum maculosum putantes, ex Quandoq; , contrario ac nos cōsilio usi, Quandocunq; fecerunt. Cū hæc scripsissem, accepi à Iosepo Iouio Lucensi, docto, & humano uiro, ueteris sanctitatis, ac modestiæ hominem, eundemq; præclaræ eruditionis iudicijq; , Tryphonem Chabrielem, putare, Q. Flaccum Quandoq; , pro Quandocunq; sumpsisse, cū Poëticiæ artis præcepta tradens, inquit:

Sic mihi qui multum cessat fit Cherilus ille,
 Quem bis terq; bonum cum risu miror : idemq;
 Indignor quandoq; bonus dormitat Homerus.

Quæ enim pusilla res uidetur, non suo loco posita inter-
 punctio corrumpit elegantissimum sensum, & tantas tene-
 bras offundit, ut in eo loco explicando plurimi nihil uide-
 rint: eaq; doctum Poëtam, & magnum Homeri laudato-
 rem, de principe ipso omnium Poëtarum dixisse credide-
 rint, quæ profecto nunquam somniauit. Quemadmodum
 enim si fortè aliquid eruditum, elegansq; protulit Cheri-
 lus malus Poëta, ut portentosi simile dicit se Flaccus mirari:
 ita etiam egrè ferre, ac stomachari, sicubi negligētior ui-
 sus est Homerus, qui tamen excusatione non careat: opere
 enim in longo fas est obrepere somnū. Eodem autē pacto
 alijs in locis idem Poëta locutus esse animaduertitur. Hæc
 noua eruditāq; Horatiani loci declaratio omitti à me non
 debuit: nam superiorē nostrā animaduersionē adiuuat, &
 ab ea quoq; si cōfirmatione ulla ipsa egebat, adiuuatur.

F LIBRO V.

Hanc arborem pleriq; existimant ultra millia-
 rium sexagesimum. Theophrastus ex horum nu-
 mero est, qui in v i. libro de his quæ oriuntur è terra
 inquit: Πόραπλύσιον ἔστι τὸ συμβαίνον τῆτο καὶ ἐπὶ τῆ ἑλλάδας.
 ἔστι γὰρ ἔστι ἐκ τῶν οὐκ ἐστὶν τριακοντῶν πεδίων ἀπὸ θαλάσσης
 ἐπὶ τῶ φύτεσθαι. De thymo autem loquebatur.

Præcipuè Liuianæ, Africanæ. Cuncta ferè hæc fi-
 corum genera appellat Athenæus δεπν. lib. 111. Calli-
 strutia in primis miris laudibus in cœlū tollit: uerba ipsius
 hæc sunt: τῶν ὅ ἐστι τῆ καλῆ ῥώμῃ καλλιστοτέρων καλεσμένων
 σύκων, ἃ δὲ λυγικὸς ἐκλύσθη δασὺς ἐγὼ δὲ ἐνεπέσειν ἄν ἐκ-
 ῥῆνε πῶρα πολὺ τῶ ὁμωνύμου: ποσάτην ὑπὸροχὴν ἔχει ταῦτα
 τὰ σύκα πρὸς τὰ ἐν τῆ πύσῃ οἰκισμένη γινόμενα. ἐπανέτη ὅ
 καὶ ἄλλα σύκων γένη κατὰ τὴν ῥώμην γινόμενων. τὰ τε κα-
 λούμ

λεόμενα χῆα καὶ τὰ λιβιονά: ἐπὶ ἧ καὶ τὰ χαλκιδικά ὄνομα
μαζόμενα καὶ τὰ ἀφρικανία.

E LIBRO VI.

Saliuati more demitti. Antea in excusis Saluiati,
Ἐν ἡμεῖς, Ἐ pluribus alijs locis corruptè: in antiquis
rectè Saliuati. Saliuatum appellat, quod Apsyrthus, Ἐ
alij qui de medicina equorum scripserunt, προπόσιμα νομα
cant, Ἐ Saliuare, quod illi προπόσιμα. Crebrum autem hoc
uerbum apud ipsos.

Muscq̄ araneus, quem Græci μυγαλήν appellant.
Ita ueteres libri habēt, Ἐ ita sanè legi debet. Antea in ex
cusis, σκυτάλην mendosè: cum idem mendum Dioscoridis
caput, quo de eo agitur, occupasset, studio ac diligentia
Marcelli Vergilij eruditissimi, Ἐ optimi uiri sublatū fuit.
Quin Græci μυγαλήν appellent, quem murem araneū La
tini dixerunt, dubitari non potest. Plinius certè quæ Græ
ci μυγαλήν tribuunt, muri araneo assignat: in libro enim
xxix. cap. iiii. de mure araneo loquens, inquit: Est
Ἐ contra morsum eius remedio terra ex orbita: ferunt
enim non transfiri ab eo orbitam, torpore quodam nature.
Aelianus libro ii. cap. xxxvii. ποδὶ μυγαλῆς: Ἐ ἀρ
ἦ ἀσ ἀρματοπροχίαν ἐμπόση οἶονεὶ πείλη καὶ εἰληπτι καὶ μάλα
ἀραυδὴ καὶ τίθηκε. ἀπὸ χθίνπ ἦ ὑπὸ μυγαλῆς φάρμακον ἐκάνο
ἐκ τῆς τ̄ προχῶν διαφορῆς ἢ φάμμοϑ ἄρθῶ ἐπεπάδη τῶδ
ἀπὸ μαλι καὶ ἔσωσε πδραχῆμα.

Cum melle acapno. Ita emendauī, secutus fidē an
tiquorum codicū: in excusis, Attico. Qui mel quoddam
acapnon appellari nesciebant, Attico, hīc, ut arbitror,
improbè scripserant: nam Acapno legi debere, pluribus
argumētis doceri posset. Quod enim Columella addit, uel
si id

si id non est, hoc etiã demonstrat: non enim facile erat mel acapnon inuenire. Plinius lib. x xiii. cap. iiii. Oculorum claritati confert, aliquid cum pari portione mellis acapni. Quod Mel acapnon esset, & cur ita appellaretur, idem etiam Plinius xvi. capite libri xi. declarauit. Apud ueterinariae scriptores huius quoq; mellis mētio est, maximè ad oculorum uitia pellenda.

Quod Græci uocant *εμβρυλική*. Antiqua, & uera lectio: Græca dictio antea deprauata. Columella priora uerba ita, etiam sine testimonijs ueterum librorum, legendum esse probant: cum enim inquit, Extrahere cōceptum, & educere partum, uim Græci uerbi expressit.

E LIBRO VIII.

NE feles aut uiuerra perrepat. Ita emendauit ope ueterum codicum: excusi olim libri insulsè Vipera habebant: quis enim audiuit unquam uiperã in sublimiores domus partes ascendisse? cum potius illa sub terra se abdere soleat, quemadmodum doctè cecinit noster Poëta,

Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu

Vipera delituit, cœlumq; exterrita fugit.

Ita autem scripserunt qui, quid Viuerra esset, ignorabant. De Viueris, & cur ita appellata, & quo munere grata hominibus esse soleant, docuit Plin. libri octauo l v. cap.

E LIBRO IX.

IN irriguo solo frutices amelli. Codex Longobardus, Virgineo: alter, Virgeneo. Receptam lectionem loco suo tenui: quid tamen in manu scriptis inuenirim, tegere nolui.

EX HORTVLO.

NE grauis hausturis tendentibus. Nicolaus Leonicus, magnæ eruditionis homo, hunc locum mendosum esse existimauit, & pro Tendentibus, Celonibus legi debere credidit. Iudicium autem suum de hac re fecit in commentarijs suis $\alpha\upsilon\chi\alpha\upsilon\iota\upsilon\alpha$ Aristotelis. Ipse manus scriptos libros cum excusis cōsentire inueni, nec uitium ullum receptam lectionem habere puto. Docti tamen uiri de hoc statuent: nam quod idem ita etiã locum Plinij è xix. libro cap. iiii. corrigi debere putat, aliter illum emendatum esse existimo. In excusis libris sic legitur, Pertica, organisq; pneumaticis tollendo nõ hausto rigando: in antiquis uero ita scriptum est, ut tutò emēdari posse opinor, Tollenonum haustu rigandos: est enim Tollenon, ut Sex. Pompeius docet, genus machine quo trahitur aqua: quare cum Latini scriptores uernaculam uocem haberēt, quæ id appositè significaret, nescio cur externa uti debuerint.

Iamq; salutarì properet lactuca sopore. Olim excusi omnes sapore mendose, ut patet. Quis enim tam imperitus harum rerum, ut non uideat sopore legendum esse?

Quas educat aluus. Ita castigauit: appellauit autem hic Columella cæcas colubras, uentris lumbricos, non anques: ne quis autem falleretur, aperuit quas colubras intelligeret. Dioscorides etiã nasturtium pellere ipsos tradidit. Aluos, pro Aluus, scriptum erat: ut equos, auos, sepe in uetustis monumentis nominandi casu.

E LIBRO XII.

NArdum Gallicum, costum, palma. Olim in excusis, Crocum: manu scripti, Cortum, Costum, coniectura è ueteribus uestigijs emendauit.

Qua

Qua utuntur ad cōdituras Allobroges. Plutar-
chus in v. libro symposiorum picati uini mentionē fecit,
& in magno honore Romæ habitum refert capite 111.
Καὶ τῆ ἰταλικῶν οἱ πῶσι πρὸς πᾶσι δικέντος ἐκ τῆ τῆσ πῶσι
βίοναυρ γαλακτίας ὁ πυαίτης οἶν. κατακρημίζετ, διαφερόν-
τως πρῶτοι. ὑπὸ ζῶμοῦ.

Et Glechoniten sic condire oportet. Olim excusi,
Glyciriziten deprauatè: ueteres libri hîc, ut in extremo
capite Glechoniten, rectè habebant.

Orbiculata Cæsiana. In excusis olim, Sestiana.
Cæsiana, in uetustis inueni, nam ita quoq; in titulo scri-
ptum erat. hîc enim aliud capitis principiu est, ita inscri-
ptum: De malis Cæsianis, Orbiculatis, Melimelis, Matia-
nis. Vnde etiã faciilius credi potest, hanc uerã esse lectionē.

Aridum si dabis, exiguius dato. Ita è uetustis li-
bris scripsi. Exiguius, secunda collatione: quod quamuis
multis nouum sit, non tamè sperni, ac reici debet. Veteres
etiam Iurisconsulti sepe ita locuti sunt. lib. x x i x. Pan-
dectarum. L. cum aliter. Licet alij ualidioris uocis, alij exi-
guioris sunt. nec non lib. x x x. L. si ita sit adscriptum.
Et ait posse dici exiguius esse præstandum. sic enim in o-
ptimo exemplari scriptum est. Nam optimũ Romani ser-
monis auctorem Lucretium Egregius, eadem ratione di-
xisse, manifestum est,

Nam nihil egregius quàm res secernere apertas
A dubijs.

Quia sepe in hoc cōmentariolo ueteris scripturæ, quæ est
in peruetusto libro Pandectarum, qui publicè in hac urbe
custoditur, mentionem feci, rectum esse censui semel, cuius
indicio antiquam, uerãq; lectionem indagauerim, decla-
rare: non enim exemplar ipsum semper consului: sed ha-
bui

bui excusos formis libros, quos cum antiquis illis Angelus
 Politianus studiosè olim contulerat, eosq; quantum mihi
 commodum fuit, pertractavi: illi enim quoq; publici sunt.
 Eruditissimi igitur uiri labor magno me labore leuauit:
 qui quidem, ut erat diligens, & accuratus, hac librorum
 collatione mirifice delectabatur, & ita posse bonos aucto-
 res multis maculis purgari uere existimabat: quæcunq;
 itaq; in priscis exemplaribus inueniebat, in impressis sedulo
 annotabat: quod si diutius ille uixisset, & quæ mente de-
 stinauerat perficere potuisset, opera, sedulitasq; ipsius ma-
 gnos studiosis literarum fructus attulisset, multosq; qui
 postea huic muneri corrigendorum librorum necessariò in-
 cubuerunt, magna prorsus molestia liberasset: sed ea nunc
 omnia inchoata, imperfectaq; iacent: raro enim ille quid
 sentiret ostendebat, sed ueterè tantum scripturam cum fi-
 de in suos codices transferebat: cõmodius, ut opinor, tem-
 pus expectans, quo posset de his rebus maturè dijudicare.
 Mors tamè eum præuenit, nec quæ cogitauerat ad exitum
 perducere potuit: Libri uerò obitu ipsius dissipati sunt,
 pauciq; è magno numero inueniuntur. Si quis autè pro-
 pter acumen ingenij, & uariã Latinorum Græcorumq; scri-
 ptorum lectionè hoc præclarè facere potuit, ille ut opinor
 fuit: nam, ut aiunt, libros etiã legum illustrare suo studio,
 & industria cupiebat, & fundamèta iam huius sui laboris
 iecerat. Hoc tamen ab illo relictum, à doctissimo uiro su-
 scepium, & magna ex parte confectum est.

E PALLADIO.

Πρασινοειδης. Et hæc quoq; olim corrupta uox erat:
 πρασιαι, ut Græcorum Grammatici ostendunt, sunt
 αἱ τὴν κίτρινον λαχοντες κόρας, unde nomè compositum, bestio-
 lis

Las significare satis notas, manifestum est: quare $\pi\rho\alpha\sigma\iota\varsigma$
 $\kappa\acute{o}\sigma\mu\delta\alpha\varsigma$ legendum arbitror. In Geopónicis tamen $\pi\rho\alpha\sigma\iota\varsigma$
 $\kappa\acute{o}\sigma\mu\delta\alpha\varsigma$ scriptum est, tanquam à porro, quod Græci
 $\pi\rho\acute{\alpha}\sigma\eta$ uocant, nomen illis inditum sit: eadem
 certè ratio earum necandarum illhic à
 Diophane, quæ hic à Palladio tra=
 ditur: ut uel Latinus à Græco,
 uel contra Græcus scri=
 ptor à Latino hoc
 remediū neces=
 sariò acce=
 perit.

*

FINIS.





